ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

XENOPHONTIS

MEMORABILIA SOCRATIS.

ACCEDIT

ANONYMI APOLOGIA SOCRATIS.

EX RECENSIONE ET CUM ANNOTATIONIBUS

LUDOVICI DINDORFII.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCLXII.

PRAEFATIO.

CODEX Parisinus n. 1302, quem A. dixi, bombycinus, formae quartae, paginis praeter septem primas non numeratas 295 complexus varia opuscula theologica, quae recensuit Gailius *Recherches historiques, géographiques*, etc., Paris. 1821, vol. 1, p. 387 seqq., qui de eodem dixerat *Oeuvres complètes de Xénophon*, vol. 7, part. 2, p. 94 seqq., et aliquot ejus foliorum, quibus Xenophontea continentur, specimina aeri incisa exhibuerat inter Specimina codicum p. 3–8, opusculis illis theologicis post octavum, inde ab folio 154 usque ad 178 b, interpositos habet Xenophontis Commentariorum libros primum et secundum inscriptos: Ἐκ τῶν τοῦ ξενοφῶντος ὑπομνημονευμάτων, librario in ipsa inscriptione peccante. Secundo autem illorum opusculorum subscriptum *μηνὶ μαρτίῳ ἐπινεμήσεως ἕκτης ἔτους ς̃ ψ̃ π̃ ς̃.* Qui annus quum sit Christi 1278, et omnia quae codex complectitur calamo tantum aut atramento, non manu differant, non erat quod Gailius loco priori dubitaret Catalogi hunc librum seculo undecimo ascribentis judicium falsum esse etiam de Xenophonteis. Collatus primum in usum Edwardi Edwards, de quo infra dicam, deinde a Gailio, meos demum in usus penitus excussus est a Fr. Dübnero, viro harum rerum peritissimo, eadem sagacitate qua alter Parisinus B. Hujus autem libri lectu difficillimi propter scripturam impeditam et compendiis refertam, qualis esse solet seculi xiii, et nunc quidem etiam saepius detritam aut exesam, accuratissimum exhibet apographum Vindobonensis apud Lambecium Biblioth. Caesareae vol. 7, p. 74, n. xi, foliis 240 b—266 b, ergo totidem fere quot archetypum, complexus librum primum et secundum, chartaceus quidem, sed antiquus et diligenter scriptus. Excerptis ex eo nonnullis a Martinesio bibliothecae tum custode factis, pariterque nonnullis ex alio ejusdem bibliothecae n. lxx, apud Lambecium ibid. p. 250, qui libros quattuor continet, usus est Ernestus in editione quinta Lips. 1772. Utrumque ego quoque ad particulam quandam accurate habeo collatum, sed varietates amborum pari-

ter atque aliorum nihilo utiliorum apponere omitto. Illud tamen mihi notandum est quod quum Ernestus 1, 2, 24, in Vindobonensi n. xi deesse perhibeat verbum molestum *κολακεύειν*, quod non deest in A. Parisino, unde ductus est, hunc aut Ernesti utrumque Vindobonensem permutantis aut, si deest in n. xi, librarii esse errorem.

B. Parisinus 1740, gossypinus, formae octavae, foliis 117 complexus libros quattuor, quibus pagina aversa Vita Xenophontis ex Diogene excerpta accessit. Correctores expertus est plures, quorum ego et memoravi correctiones, ubi non nimis leves viderentur, et, ubi fieri potuit, distinxi tanquam recentiorem et antiquiorem, ut fecerat Dübnerus.

C. Parisinus 1642, olim $\frac{2536}{2}$, quem accuratius descripsi praefatione ad Historiam Graecam p. iv, ubi dixi D. Integrum contulit Gailius, ego autem iterum a Dübnero inspectum raro memoravi, pariterque ceteros quos Gailius contulerat, Parisinos 1643, 1645, 1739, Sangermanensem 389, Vaticanum 1950, quos descripsit vel nominavit vol. 7, part. 2, p. 93–98.

Ante Gailium Edwardus Edwards in editione posthuma Oxoniensi a. 1785 non solum Parisinorum trium (n. 1302, quem ego dixi A., 1643, et tertii per librum quartum, quem Gailius p. 76 negat se scire qui sit) scripturas integras exhibuerat, sed etiam "in selectis quibusdam locis" inspectorum aliorum octo, "quorum unus olim bibliothecae ducum Urbini, signatus n. 63, in charta bombycina exaratus circa sec. xiv. Alteri duo bibliothecae Vaticanae, unus olim Francisci Barbari Patricii Veneti, et alius Fulvii Ursini, ambo exarati circa sec. xv, signati n. 1619, 1336. Quinque asservantur in bibl. Medicea Florentiae, sc. chart. seculi xv, n. 1642, folio; chart. Michaelis Apostolii sec. xv, n. 1643, folio; papyr. sec. xvi, n. 1645; n. 1794, in 12°; bonae notae sec. xiii, n. 1740."

Ernesto, quum quintum hunc librum ederet, ut supra dixi, Ruhnkenius, qui in annotationibus ad 1, 2, 48; 3, 9; 4, 6; 7, 5. 2, 6, 21, 27, etiam MS. Leidensem quendam memorat, suppeditaverat non solum diversum ab hoc "Leidensem e Vossianis copiis," sed etiam "alterum ex bibliotheca Meermanniana," cujus "excerpta in libro tertio desinere" quantumvis Ernestus dixisset in praefatione p. viii, nihilominus in annotatione ad 4, 3, 8, idem quod Ruhnkenius ex "codice Excerptorum e Xenophontis Memor. quem apud Meermannum evolverit" affert impudentis impostoris additamentum: *Τὸ δὲ καὶ τὸν ἀέρα ἡμῖν ἀφθόνως οὕτω πανταχοῦ διαχῦσαι, οὐ μόνον πρόμαχον καὶ σύντροφον ζωῆς, ἀλλὰ καὶ πελάγη*

περᾶν δι' αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλος ἀλλαχόθι καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ στελλόμενος πορίζεσθαι, πῶς οὐχ ὑπὲρ λόγον ἀνέκφραστον. Quod *egregium supplementum* serio emendarunt Ruhnkenius et Valckenarius. Ejusdem pretii esse illas Vossianas copias ita est manifestum, ut nec lacunam ab illo 2, 9, 5, expletam verbis *αὐτῶν τινα,* ubi multo plura excidisse videntur, nec quicquid habet sive peculiare sive cum aliis libris commune ullius esse fidei verbo dixisse sufficiat.

Ex libris scriptis vero, quanquam ignotis, ductae sunt varietates ab anonymo ascriptae margini Juntinae et a Villoisono cum Weiskio communicata, de qua dixi praef. ad Anab. p. vii, et a Petro Victorio margini Aldinae Monacensis, de qua dixi praef. ad Hist. Gr. p. vi, ab eodemque margini Florentinae *Ἀπομνημονευμάτων* a. 1551, ab ipso curatae et in eadem servatae bibliotheca Monacensi, tum a P. Pithoeo Aldinae Bodlejanae, de qua dixi praef. ad Anab. p. vi, denique a Th. Hutchinsono Stephanianae a. 1581, item Bodlejanae, marginibus, quas editiones dixi *Pith.* et *Mead.* Ascriptum enim alterius p. 412 initio *Ἀπομνημονευμάτων* "*Variae, quae in margine adscribuntur, lectiones e MSto, quem mecum communicavit Ricardus Mead Ἀρχίατρος, collectae sunt.*" Quod ab Hutchinsono factum esse colligitur ex ascriptis folio ante titulum manu recentiori verbis "*cum notis MSS. Tho. Hutchinsoni.*"

Sed horum quoque librorum ego raro tantum feci mentionem, ubi soli aliquid veri praeberent, pariterque editionum Juntinae a. 1516 et Aldinae a. 1525, Parisinarum libri primi et secundi a. 1541, apud Jacobum Bogardum, et omnium quattuor a. 1559, apud Martinum Juvenem, denique interpretationis Latinae a Bessarione factae sec. 15, et primum editae Romae apud Ariottum de Trino, 1521, 4.

Qui multo ante codicum superstitum aetatem plura et ampla e libro Xenophonteo fecerunt excerpta Eusebius et Joannes Stobaeus etsi perutiles sunt partim ad vitia illorum tollenda partim ad lacunas nonnullas explendas, iidem tamen codicum, quibus ipsi uterentur, eandem fere fuisse ostendunt conditionem quam etiam papyris Hyperideis demonstratam vidimus. Nam et formae Atticae novitiis introductis penitus in libris eorum erant abolitae et otiosorum lectorum annotationes, qualibus ne illi quidem carent papyri ipseque contaminatos conjeci ad 4, 2, 13, ex marginibus antiquioris exemplaris in ordinem receptae, quas tanquam indignas Xenophonte notavi 1, 3, 13: *Ἴσως δὲ καὶ οἱ Ἔρωτες τοξόται*

διὰ τοῦτο καλοῦνται ὅτι καὶ πρόσωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν. Et 2, 1, 20: Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ἐν τῷδε,—καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησίν, cum versibus duobus Epicharmeis. Et 4, 4, 5: Φασὶ δέ τινες καὶ ἵππον καὶ βοῦν τῷ βουλομένῳ δικαίους ποιήσασθαι πάντα μεστὰ εἶναι τῶν διδαξόντων, nisi hic fallit Trincavellus, quum desint illa in codice. Ac facile credam etiam cetera hujus generis additamenta modo breviora modo longiora, qualia et ego et alii deprehendimus, si illi hos locos excerpsissent, pleraque apud illos quoque fuisse comparitura. Sunt enim talia magnam partem satis antiqua, et quod codicum Xenophontis pariter atque aliorum plurimorum in plerisque consensus arguit, ex uno quodam Alexandrinae vel Pergamenae vel alius cujusdam bibliothecae codice cum tot aliis vitiis, de quibus partim grammatici aliique scriptores, ut Galenus, partim librarii in codicum subscriptionibus conqueruntur, in cetera omnia propagata. Nam ut hodie Aeschyli, Sophoclis, Apollonii Rhodii, Athenaei et aliorum uno singulorum utimur fide digno codice, ita Xenophontis non minus quam Platonis scripta pleraque ex uno sunt codice ducta jam graviter corrupto et interpolato non tantum minoribus illis additamentis, sed etiam multo amplioribus quibusdam, de quibus jam mihi est dicendum.

Quod enim in aliis Xenophontis scriptis factum, ut partim interponerentur quae ab ingenio aut aetate ejus valde essent aliena, ut in Historia Graeca triplex perinde inepta chronologia, in Anabasi computationes itineris aliaeque praeposterae animadversiones, partim in fine adderentur aut initio praefigerentur appendices et prooemia, de quibus ille ne cogitare quidem potuit, ut in Cyropaedia alienissimus ab libri consilio, quale prooemium declarat, Epilogus, in Cynegetico praeter ineptum epilogum non minus ineptum prooemium, quae omnia quot seculis ante codices superstites fuerint illata testantur scriptores, qui iis utuntur tanquam Xenophonteis, idem factum esse etiam in his de Socrate commentariis magis minusve aperta produnt indicia.

Primum enim quum grammatici hos quoque commentarios in libros quattuor divisissent, ut inde a carminibus Homericis pleraque antiquiorum scripta ampliora, qualem in partes divisionem alienissimam fuisse ab illis ostendit Georgius Cornewallus Lewis Musei classici volumine secundo, idem in hoc Xenophontis libro accidisse videtur quod in Anabasi, ut aut ab ipso qui eum in quattuor dispesceret grammatico aut ab alio non solum prooemia libris quibusdam praefigerentur, sed etiam ipsa eorum initia prooemiis illis accommodarentur. Nam ut prorsus absurda sunt in narratione

continua, quali in Anabasi usus erat Xenophon, prooemia illa inde ab libro secundo, Ὡς μὲν οὖν vel Ὅσα μὲν δὴ—ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται, jam ante Diogenis Laertii aetatem singulis excepto sexto praefixa, ita horum quoque Commentariorum secundi tertiique librorum initia: Ἐδόκει δέ μοι καὶ τοιαῦτα λέγων προτρέπειν τοὺς συνόντας ἀσκεῖν ἐγκράτειαν πρὸς ἐπιθυμίαν βρωτοῦ καὶ ποτοῦ καὶ λαγνείας καὶ ὕπνου καὶ ῥίγους καὶ θάλπους καὶ πόνου, et Ὅτι δὲ τοὺς ὀρεγομένους τῶν καλῶν ἐπιμελεῖς ὧν ὀρέγοιντο ποιῶν ὠφέλει, νῦν τοῦτο διηγήσομαι, sunt quae suspecta faciant. Libro enim primo his verbis finito: Ἐμοὶ μὲν οὖν ἐδόκει καὶ τοῦ ἀλαζονεύεσθαι ἀποτρέπειν τοὺς συνόντας τοιάδε διαλεγόμενος, sequente autem ita inchoato: Ἐδόκει δέ μοι καὶ τοιαῦτα λέγων προτρέπειν κ. τ. λ., ut 2, 6, 1, est ἐδόκει δέ μοι καὶ—φρενοῦν τοιάδε λέγων, hic male τοιάδε et τοιαῦτα ita inversum quasi apud Thucydidem scribas: Οἱ Κορίνθιοι ἔλεγον τοιαῦτα.—Τοιάδε οἱ Κορίνθιοι εἶπον, pro τοιάδε—τοιαῦτα. Deinde etiamsi deleatur πρὸς ἐπιθυμίαν in secundi prooemio, ut ἐγκράτεια βρωτοῦ καὶ ποτοῦ dictum sit ut s. 7, τοὺς ἐγκρατεῖς τούτων ἁπάντων, tamen quod sequitur continuo: Γνοὺς δέ τινα τῶν συνόντων ἀκολαστοτέρως ἔχοντα πρὸς τὰ τοιαῦτα, non tantum δὲ infert, ubi jure Schneiderus desideravit quod Bessario vertit γὰρ, sed etiam ἀκολαστοτέρως ad ῥίγους καὶ θάλπους καὶ πόνου non quadrat. Quare mihi non improbabile videtur Xenophontem neque clausulam libri primi neque secundi prooemium scripsisse, sed haec tantum: Γνοὺς δέ τινα τῶν συνόντων ἀκολαστοτέρως ἔχοντα. Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Ἀρίστιππε. Nam satis constat ἀκόλαστος absolute potius dicere Atticos quam cum praepositione conjunctum.

Libri tertii vero initio quod est: Ὅτι δὲ τοὺς ὀρεγομένους τῶν καλῶν ἐπιμελεῖς ὧν ὀρέγοιντο ποιῶν ὠφέλει νῦν τοῦτο διηγήσομαι, non solum ὅτι facit suspectum, quum ὡς exspectetur, ut est, 1, 3, 1: Ὡς δὲ δὴ καὶ ὠφελεῖν ἐδόκει μοι τοὺς συνόντας, et Latine si haec dicantur, *quid* potius quam *quod*, sed etiam Stobaeus ἀκούσας δέ ποτε exhibens pro sequenti ἀκούσας γάρ ποτε Διονυσόδωρον εἰς τὴν πόλιν ἥκειν, quod servato prooemio non minus perversum quam secundi initio δὲ, optime vero convenit sublatis ὅτι δὲ—διηγήσομαι. Nam utrumque exordium ut facile potuit vel necessarium videri postquam haec in libros essent divisa, ita prorsus esse supervacuum in scripto quale Xenophon reliquerat, satis ostendunt cetera disputationum singularum initia, ut 2, 2, 1: Αἰσθόμενος δέ ποτε Λαμπροκλέα· 2, 3, 1: Χαιρεφῶντα δέ ποτε αἰσθόμενος, et reliquarum.

Sed multo magnis aperta licentia interpolatus est liber quartus. Cujus caput quartum quum ita inchoetur: Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ

δικαίου γε οὐκ ἀπεκρύπτετο ἣν εἶχε γνώμην, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἀπεδείκνυτο, ἰδίᾳ τε πᾶσι νομίμως τε καὶ ὠφελίμως χρώμενος καὶ κοινῇ ἄρχουσί τε ἃ οἱ νόμοι προστάττοιεν πειθόμενος καὶ κατὰ πόλιν καὶ ἐν ταῖς στρατείαις οὕτως ὥστε διάδηλος εἶναι παρὰ τοὺς ἄλλους εὐτακτῶν, (2) καὶ ὅτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιστάτης γενόμενος οὐκ ἐπέτρεψε τῷ δήμῳ παρὰ τοὺς νόμους ψηφίσασθαι, ἀλλὰ σὺν τοῖς νόμοις ἠναντιώθη τοιαύτῃ ὁρμῇ τοῦ δήμου ἣν οὐκ ἂν οἶμαι ἄλλον οὐδένα ἄνθρωπον ὑπομεῖναι· (3) καὶ ὅτε οἱ τριάκοντα προσέταττον αὐτῷ παρὰ τοὺς νόμους τι, οὐκ ἐπείθετο· τοῖς τε γὰρ νέοις ἀπαγορευόντων αὐτῶν μὴ διαλέγεσθαι καὶ προσταξάντων ἐκείνῳ τε καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολιτῶν ἀγαγεῖν τινα ἐπὶ θανάτῳ, μόνος οὐκ ἐπείσθη, διὰ τὸ παρὰ τοὺς νόμους αὐτῷ προστάττεσθαι· (4) καὶ ὅτε τὴν ὑπὸ Μελήτου γραφὴν ἔφευγε, τῶν ἄλλων εἰωθότων ἐν τοῖς δικαστηρίοις πρὸς χάριν τε τοῖς δικασταῖς διαλέγεσθαι καὶ κολακεύειν καὶ δεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα πολλῶν πολλάκις ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀφιεμένων, ἐκεῖνος οὐδὲν ἠθέλησε τῶν εἰωθότων ἐν τῷ δικαστηρίῳ παρὰ τοὺς νόμους ποιῆσαι, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἂν ἀφεθεὶς ὑπὸ τῶν δικαστῶν, εἰ καὶ μετρίως τι τούτων ἐποίησε, προείλετο μᾶλλον τοῖς νόμοις ἐμμένων ἀποθανεῖν ἢ παρανομῶν ζῆν. καὶ ἔλεγε δὲ οὕτως καὶ πρὸς ἄλλους μὲν πολλάκις, οἶδα δέ ποτε αὐτὸν καὶ πρὸς Ἱππίαν τὸν Ἠλεῖον περὶ τοῦ δικαίου τοιάδε διαλεχθέντα, horum quoque nihil esse puto Xenophontis praeter postrema: Οἶδα δέ ποτε—τοιάδε διαλεχθέντα, prooemium autem una cum epilogo in fine capitis s. 25: Τοιαῦτα λέγων τε καὶ πράττων δικαιοτέρους ἐποίει τοὺς πλησιάζοντας, ejusdem generis quod modo notavi. Et illa quidem quae sunt s. 2: Καὶ ὅτε—4, παρανομῶν ζῆν scribi non potuisse a Xenophonte adeo est manifestum ut vix opus sit tam longa disputatione qualis de his jam ante me est instituta[a]. Nam quae s. 2 et 3 repetuntur ex 1, 1, 18 et 1, 2, 23, novoque augentur exemplo, partim nominibus inepte omissis partim perversa narratione novitium produnt scriptorem. Minime enim Socrates τοῖς τριάκοντα ἀπαγορεύουσι τοῖς νέοις μὴ διαλέγεσθαι (quæ ipsa ἀπόρρησις satis inepte inter τὰ παρὰ τοὺς νόμους αὐτῷ προσταττόμενα refertur) μόνος οὐκ ἐπείσθη, sed ex contrario secundum Xenophontem s. 34 vel maxime ἐπείσθη, qui illis ita responderet: Ἐγὼ τοίνυν παρεσκεύασμαι μὲν πείθεσθαι τοῖς νόμους· ὅπως δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν λάθω τι παρανομήσας, τοῦτο βούλομαι σαφῶς μαθεῖν παρ' ὑμῶν κ.τ.λ. Et s. 35: Ἵνα τοίνυν μὴ ἀμφίβολον ᾖ, ὁρίσατέ μοι μέχρι πόσων ἐτῶν δεῖ νομίζειν νέους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, quibus alia addit ad irridendum Chariclem. Sed qui capitis quarti initium composuit festi-

[a] V. J. Geel de Xenophontis Apologia Socratis ac postremo capite Memorabilium commentatio, 1836, p. 9 seqq.

nantius illa inspexerat, et non solum illud *τοῖς νέοις μὴ διαλέγεσθαι* duxit ex s. 33: *Τοῖς νέοις ἀπειπέτην μὴ διαλέγεσθαι*, sed, ut opinor, etiam illud *καὶ ὅτε* ex s. 31. Deinde nomen *Μελήτου*, quod est s. 4, Xenophon non magis erat positurus quam ubi redit libri quarti cap. 8, 4, sed, ut infra dicam, non minus omissurus quam initio libri, ubi *οἱ γραψάμενοι* dicit. Denique nihil absurdius est quam quod et alii dicuntur consuevisse in judicio *δεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους* et Socrates hoc facere ac *παρανομῶν ζῆν* noluisse perhibetur. Nam neque fieri illa potuissent, si jam tum fuissent *παράνομα* etiam extra Areopagum, quae saepe facta fuisse neminemque praeterea in Heliaea vetita perhibere animadvertit Schoemannus De jure Att. p. 719, Xenophontis haec putans, neque Socrates legum observandarum caussa nihil tale fecit, sed quod nullius sibi injuriae conscius contemneret eo descendere. Unde vero hoc duxerit impostor dudum docere poterat locus Athenaei 13, p. 590 E: Ὁ δὲ Ὑπερίδης *συναγορεύων τῇ Φρύνῃ, ὡς οὐδὲν ἤνυε λέγων, ἐπίδοξοί τε ἦσαν οἱ δικασταὶ καταψηφιούμενοι, παραγαγὼν αὐτὴν εἰς τοὐμφανὲς καὶ περιρρήξας τοὺς χιτωνίσκους γυμνά τε τὰ στέρνα ποιήσας τοὺς ἐπιλογικοὺς οἴκτους ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἐπερρητόρευσε, δεισιδαιμονῆσαί τ' ἐποίησε τοὺς δικαστὰς, τὴν ὑποφῆτιν καὶ ζάκορον* Ἀφροδίτης *ἐλέῳ χαρισαμένους μὴ ἀποκτεῖναι. καὶ ἀφεθείσης ἐγράφη μετὰ ταῦτα ψήφισμα μηδένα οἰκτίζεσθαι τῶν λεγόντων ὑπέρ τινος μηδὲ βλεπόμενον τὸν κατηγορούμενον ἢ τὴν κατηγορουμένην κρίνεσθαι*, quibus p. 591 F, additur locus Posidippi Comici, ubi de Phryne: Τὴν Ἡλιαίαν *εἷλε περὶ τοῦ σώματος, καὶ τῶν δικαστῶν καθ' ἕνα δεξιουμένη μετὰ δακρύων διέσωσε τὴν ψυχὴν μόλις*. Quae qui considerarit et Xenophontem illa scribere potuisse putet nemo facile reperietur.

Praeterea absurda est totius loci compositio, in quo quod est s. 1, *καὶ ἔργῳ ἀπεδείκνυτο*, ductum ex s. 10, *εἰ μὴ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ ἀποδείκνυμαι*, et cum illo ipso *εἰ μὴ λόγῳ* rursus non convenit quod s. 5 dicitur *καὶ ἔλεγε δὲ οὕτως*. Quod ipsum ratio jussisset praeponi sic: Οὐ *μόνον λόγῳ, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἀπεδείκνυτο*, siquidem nihil mirum, qui re factoque quid sentiret declarasset, idem ausum esse verbis facere: sed quaerebat impostor a prooemio suo transitum ad Xenophontis narrationem de colloquio Hippiae cum Socrate, in quo ipso ab Hippia arguitur s. 9, quod suam de justo sententiam nollet *ἀποφαίνεσθαι*, quam tamen secundum s. 1, *οὐκ ἀπεκρύπτετο*.

Alienus vero etiam epilogus hujus capitis ab ipso ejus argumento: Τοιαῦτα *λέγων τε καὶ πράττων δικαιοτέρους ἐποίει τοὺς πλησιάζοντας*. Socrates enim cum Hippia sophista non tanquam cum uno de familiaribus, quibus prodesse vellet ad justitiam, sed tan-

quam cum tali homine disputabat qualem illum fuisse paullo post dicam, de natura justi.

Itaque capitis quarti illam tantum partem Xenophontis puto quam inde ab s. 5, *οἶδα δὲ* usque ad s. 25, *ἀρέσκει* Stobaeus excerpsit, etsi cetera facile credam illo esse longe antiquiora.

Sed etiam capita tertium et quintum non esse Xenophontis multoque recentiori aetate addita satis certum puto, quamvis indicia fraudis non ita omnia sint manifesta ut in iis de quibus modo dixi. Est autem horum capitum haec ratio.

Quum capitis secundi initio dictum fuisset: *Τοῖς δὲ νομίζουσι παιδείας τε τῆς ἀρίστης τετυχηκέναι καὶ μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ σοφίᾳ ὡς προσεφέρετο νῦν διηγήσομαι*, sequitur disputatio cum Euthydemo, qui collectis multis poetarum et sophistarum libris inflatus Socratis disputatione eo redigeretur ut (s. 39) *ἁπλῶς οὐδὲν εἰδέναι* et *τῷ ὄντι ἀνδράποδον εἶναι νομίσας* abiret, sed mox ad eum rediens ita ab eo erigeretur et erudiretur, ut dehinc semper cum Socrate esset. Tertio vero capite non aliud sequitur exemplum rationis qua Socrates *τοῖς μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ σοφίᾳ προσεφέρετο*, qualis est illa cum Hippia sophista disputatio cap. 4, 5–25, sed altera cum eodem Euthydemo de pietate erga deos, cui similis jam affuerat 1, 4, cum hoc prooemio: *Τὸ μὲν οὖν λεκτικοὺς καὶ πρακτικοὺς καὶ μηχανικοὺς γίγνεσθαι τοὺς συνόντας οὐκ ἔσπευδεν, ἀλλὰ πρότερον τούτων ᾤετο χρῆναι σωφροσύνην αὐτοῖς ἐγγενέσθαι. τοὺς γὰρ ἄνευ τοῦ σωφρονεῖν ταῦτα δυναμένους ἀδικωτέρους τε καὶ δυνατωτέρους κακουργεῖν ἐνόμιζεν εἶναι·* et cum hac clausula: *Τοιαῦτα μὲν δὴ λέγων τε καὶ αὐτὸς ποιῶν εὐσεβεστέρους τε καὶ σωφρονεστέρους τοὺς συνόντας παρεσκεύαζεν.* Atqui ita dirimitur disputatio Socratis cum Euthydemo *μέγα φρονοῦντι* a disputatione cum Hippia, ut Prinstereri Prosopogr. Plat. p. 91 verbis utar, in sophistarum republica primo superbia et vanitate, qui ita dissimilis erat Euthydemis alisque Socratis familiaribus, ut quum illi ab Socrate ad incitas redacti abirent, hic ex contrario Socratem s. 11 tanquam *διαφεύγειν ἐγχειροῦντα τὸ ἀποδείκνυσθαι γνώμην* et s. 9 tanquam *τῶν ἄλλων καταγελῶντα* aggrediatur et ad sententiam ipsum suam aperiendam adigat, ut nihil ineptius fingi possit clausula talis disputationis quam paullo ante notavi: *Τοιαῦτα λέγων τε καὶ πράττων δικαιοτέρους ἐποίει τοὺς πλησιάζοντας.* Quae disputationi cum uno de familiaribus potius quam cum Hippia sophista, qui nihil accipiebat ab Socrate, convenit, nec magis mihi videtur scribi potuisse a Xenophonte quam ineptissimum ejusdem capitis prooemium.

Nemo igitur negaverit Xenophontem, si inter disputationem

priorem cum Euthydemo *μέγα φρονοῦντι* et disputationem cum Hippia multo etiam magis vano et inflato, alteram illam interposuerit cum Euthydemo de re diversissima, de qua jam antea disputatum erat cum alio, disjuncturum fuisse quae sublato capite tertio quartique prooemio et fine aptissime erunt conjuncta.

Ipsum autem illud caput tertium plura habet quae aliena videantur a Xenophonte. Nam s. 2 quod est: *Πρῶτον μὲν δὴ περὶ θεοὺς ἐπειρᾶτο σώφρονας ποιεῖν τοὺς συνόντας. ἄλλοι μὲν οὖν αὐτῷ πρὸς ἄλλους οὕτως ὁμιλοῦντι παραγενόμενοι διηγοῦντο· ἐγὼ δὲ, ὅτε πρὸς Εὐθύδημον τοιάδε διελέγετο, παρεγενόμην*, neque *οὕτως ὁμιλοῦντι*, quod haud paullo aliter dicitur, Xenophonteum videtur neque *διηγοῦντο* scribi ab illo potuit. Qui, quod ipsum nonnulli conjecerunt, *διηγοῦνται* erat dicturus, ut 1, 4, 1: *Ἔνιοι γράφουσί τε καὶ λέγουσι*, quum *διηγοῦντο* novitium prodat scriptorem, quantumvis Euthydemi se faciat aequalem, ut plerumque tales impostores sua se imprudentia produnt, cujusmodi est quod qui Thucydidis 4, 40 verba: *Ἀπεκρίνατο αὐτῷ πολλοῦ ἂν ἄξιον εἶναι τὸν ἄτρακτον [λέγων τὸν οἰστὸν], εἰ τοὺς ἀγαθοὺς διεγίγνωσκε [δήλωσιν ποιούμενος ὅτι ὁ ἐντυγχάνων τοῖς τε λίθοις καὶ τοξεύμασι διεφθείρετο]* seclusis a me interpolavit non intellexit illum scripturum fuisse *διαφθείρεται*. Tum quae s. 3 et 4 sunt formae *φωτὸς* et *φωτεινὸς*, quicquid statuitur de Porsoni sententia Macedonicas judicantis, sive quod Platonicis prioris exemplis non plus tribueret quam Xenophonteis sive quod eorum non recordaretur, tantum tamen et ipsae conferunt ad minuendam horum fidem quantum Xenophonteae *φάους* et *φανὸς* collaturae essent ad augendam, etsi ipsius Xenophontis librorum, ut dixi in annotatione, fides in iis vacillat. Quamobrem hoc argumentum, etsi non est negligendum, non magis urgere velim quam formam *ἀφθονέστατος* s. 6, quum alibi constanter *ἀφθονώτατος* dixerit Xenophon. Sed graviora in ipsa disputatione occurrunt vitia s. 13, ubi jure prius *ἐννόει δὲ ὅτι—ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν*, ante alterum s. 14, *ἐννόει δὲ ὅτι—ἀφαιρεῖται*, Xenophonte prorsus visum est indignum, quod siquis ex margine illatum putet, nihilo meliora sunt quae sequuntur s. 16 et 17. Nam quae de diis *νόμῳ πόλεως* et *κατὰ δύναμιν* colendis hic dicuntur, ea jam dicta 1, 3, 1, 2, et ibi quidem breviter et apte, hic bis terque ea loquacitate ingeruntur ut jure Schneidero fastidium moverint s. 17: *Ἀλλὰ χρὴ τῆς μὲν δυνάμεως μηδὲν ὑφίεσθαι· ὅταν γάρ τις τοῦτο ποιῇ, φανερὸς δήπου ἐστὶ τότε οὐ τιμῶν θεούς. χρὴ οὖν μηδὲν ἐλλείποντα κατὰ δύναμιν τιμᾶν τοὺς θεοὺς θαρρεῖν τε καὶ ἐλπίζειν τὰ μέγιστα ἀγαθά· οὐ γὰρ παρ' ἄλλων γ' ἄν τις μείζω ἐλπίζων σωφρονοίη ἢ παρὰ τῶν τὰ μέγιστα*

ὠφελεῖν δυναμένων οὐδ' ἂν ἄλλως μᾶλλον ἢ εἰ τούτοις ἀρέσκοι· ἀρέσκοι δὲ πῶς ἂν μᾶλλον ἢ εἰ ὡς μάλιστα πείθοιτο αὐτοῖς; non solum duplex *χρὴ*, sed etiam inane *μὲν* et perverse dictum *μείζω ἐλπίζων σωφρονοίη* pro *σώφρων μείζω ἐλπίζοι.*

Nihilominus hanc disputationem jam antiquitus exstitisse in libris Xenophontis praeter Clementem et Stobaeum in annotatione citatos, quamvis ita dissentientes in verbis a codicibus ut non e Xenophonte ipso, sed ex alio illa negligentius citante, petiisse videantur, testis est cum Cicerone Dio Chrys. Or. 3, vol. 1, p. 125, quorum hic etsi non nominat Xenophontem, tamen, ut recte animadvertit Ruhnkenius, manifesto expressit. Cujus verba p. 125, 17: Τὸ δὲ *μέγιστον, ὁρᾷς τὸν ἥλιον, πόσῳ μὲν τῶν ἀνθρώπων ὑπερέχει μακαριότητι θεὸς ὤν*, si expendisset Schneiderus, qui totum hunc locum mire lacerum et vitiosum et jam olim aliter lectum opinatur a Clemente, minus fortasse fidenter invectus esset in Ciceronem, tanquam "partim falsa partim negligentissime e loco Xenophontis excerpta" referentem, quum Xenophontem perhiberet *Socratem facere disputantem formam dei quaeri non oportere, eundemque et solem et animum deum dicere.* Nam etsi s. 14 nihil est de *sole deo,* tamen id ipsum quod Cicero refert e Xenophonte, dicit Dio. Quae quomodo expedienda sint ego in medio relinquo.

Caput quintum vero ipsum quoque similibus de caussis suspectum est. Nam et disputationem exhibet cum eodem Euthydemo de *ἐγκρατείᾳ*, qualis jam affuerat 1, 5, a quo differt altera, secundum prooemium quidem, de quo supra dixi, item de *ἐγκρατείᾳ*, reapse autem contra *ἀκολασίαν* et *ἡδονὴν* instituta, et in verbis sententiisque habet Xenophonte indigna. Ut enim omittam constanter in ea usurpatam formam *ἀκρασία*, alienam quidem a Xenophonte, sed ei alibi quoque ab librariis illatam, etiam quod s. 7 est *κωλυτικώτερον*, Aristoteles primus, ut *ἐμποδιστικὸς*, dixisse reperitur, et quod est s. 9, *τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τε καὶ συνεχεστάτοις ἀξιολόγως ἥδεσθαι*, ut Plutarchus Mor. p. 128 C, dicit *ἀξιολόγως ἡδὺ*, non magis Xenophonteum videtur quam quod 1, 3, 15 notavi *ἀρκούντως ἥδεσθαι*, multo vero deterius s. 10, *κατεχομένῳ ἐπὶ τῷ* (vel *περὶ τὸ*) *σπουδάζειν περὶ τὰς ἐγγυτάτω ἡδονὰς*, quum propter verbi *κατέχεσθαι* usum tum propter *ἐγγυτάτω*, quod *παραυτίκα* dicunt Xenophon et Plato. Deinde ne urgeam quod est s. 11 *τὰ ἥδιστα ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖ ποιεῖν*, ubi delendum visum *ποιεῖν*, quae sequuntur usque ad finem: *Ἀλλὰ τοῖς ἐγκρατέσι μόνοις ἔξεστι σκοπεῖν τὰ κράτιστα τῶν πραγμάτων, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ διαλέγοντας κατὰ*

γένη τὰ μὲν ἀγαθὰ προαιρεῖσθαι, τῶν δὲ κακῶν ἀπέχεσθαι, quibus additur inepta ejusdem membri iteratio: *Καὶ οὕτως ἔφη ἀρίστους τε καὶ εὐδαιμονεστάτους ἄνδρας γίγνεσθαι καὶ διαλέγεσθαι δυνατωτάτους· ἔφη δὲ καὶ τὸ διαλέγεσθαι ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ συνιόντας κοινῇ βουλεύεσθαι διαλέγοντας κατὰ γένη τὰ πράγματα· δεῖν οὖν πειρᾶσθαι ὅτι μάλιστα πρὸς τοῦτο ἑαυτὸν ἕτοιμον παρασκευάζειν καὶ τούτου μάλιστα ἐπιμελεῖσθαι,* quibus rursus additur similis proximorum repetitio, *ἐκ τούτου γὰρ γίγνεσθαι ἄνδρας ἀρίστους τε καὶ ἡγεμονικωτάτους καὶ διαλεκτικωτάτους,* haec igitur qualia sint ne dici quidem opus est. Et Schneiderus quidem deletis illis *καὶ οὕτως—δυνατωτάτους,* tanquam a grammatico ex postremis illis *ἐκ τούτου διαλεκτικωτάτους* repetitis, rem confectam putabat. Sed ipsa illa postrema hujus capitis verba cum proximi capitis primis: *Ὡς δὲ καὶ διαλεκτικωτέρους ἐποίει τοὺς συνόντας πειράσομαι καὶ τοῦτο λέγειν,* tam absurde conjunguntur ut fuerit qui ex illis ejicienda censeret *καὶ διαλεκτικωτάτους.* Mihi vero Aethiopem lavare videntur qui haec ad sanam rationem revocare studuerunt, quae jam ab Stobaeo ita sunt citata ut servans quae Schneiderus delebat, omittat postrema *δεῖν οὖν πειρᾶσθαι—διαλεκτικωτάτους,* sive quod non habuit sive quod consulto omisit. Nam adeo inepte *διάλεξις* cum *ἐγκρατείᾳ* conjungitur, ut haec quoque transitus tantum ad sequens cap. 6, 1, *διαλεκτικωτέρους* parandi caussa, ut alia supra, addita videantur.

Superest ut quae inde a capitis septimi s. 10 usque ad finem libri sunt qualia sint dicatur. Primum igitur quae s. 10 sunt de *μαντικῇ,* ea rursus nihil nisi repetunt dicta de eadem 1, 1, 6, et ibi quidem multo disertius, quum hic interposita transitus tantum parandi caussa addita videantur ad ea quae de daemonio Socratis sequuntur cap. 8, 1. Ipsum autem caput octavum quae de Socrate postquam damnatus esset habet, ea non solum fines scripti Xenophontei egrediuntur et aliena sunt a consilio quale initio declaratur, ut dictis factisque Socratis, antequam in jus vocatus esset, referendis judicum sententia refellatur, sed etiam omni scribendi genere nonnullisque inepte dictis, qualia Schneiderus jure notavit s. 3 et 9, alia et in verbis et in sententia habet s. 7, diversum a Xenophonte produnt scriptorem, quantumvis ille hujus agens personam s. 11 dicat *τοιοῦτος* (Socrates) *ὢν οἷον ἐγὼ διήγημαι,* brevemque addat virtutum ejus recensum, de quibus in scripto Xenophontis dictum erat, cum clausula quam Schneiderus item tanquam languidam et ingenio Xenophontis ita indignam notavit, ut ipsa Apologiae clausula minus videatur inepta, sed cui non dissimilis est finis Epilogi Cyropaediae, qui ipse quoque cum libri cui ap-

pensus est consilio ita fere convenit ut caput octavum cum libro ei praemisso.

Etsi autem caput octavum satis se ipsum refellit, tamen etiam argumento aliunde petito evertitur. Nam quod jam olim Galenus ad inscr. p. 1 a me citatus animadvertit, quum Oeconomici initium: Ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ οἰκονομίας τοιάδε διαλεγομένου, ejusmodi sit ut non solum propter particulam δὲ, ut dicit Galenus, sed etiam propter pronomen αὐτοῦ, nisi quis Xenophontem de Socrate loquutum putet ut Pythagoreos de Pythagora, Ἀπομνημονεύματα scripto illo continuari appareat, jureque Galenus notaverit eos qui μὴ γιγνώσκοντες ὅτι τὸ βιβλίον τοῦτο τῶν Σωκρατικῶν ἀπομνημονευμάτων ἐστὶ τὸ ἔσχατον, particulam δὲ initio scripti positam Oeconomici exemplo defendissent, sequitur abjiciendam esse omnem clausulam Ἀπομνημονευμάτων, quae illa ita dividat ab Oeconomico ut et caput octavum et quae eodem quo illud consilio scripta videtur Apologia Socratis, quippe ipsa quoque particula δὲ inchoata: Σωκράτους δὲ ἄξιόν μοι δοκεῖ εἶναι μεμνῆσθαι, et olim, antequam caput octavum accederet, ad Ἀπομνημονεύματα appendicis instar adjecta ab alio homine otioso, qui Ἀπομνημονεύματα narratione de judicio et morte Socratis optime sibi claudere videretur.

Nec multum refert utrum Galenus neglexerit talem appendicem, et ad Oeconomici potius initium quam ad Ἀπομνημονευμάτων finem animum adverterit, an ne habuerit quidem in codice suo, qui Oeconomicum collocaret post illa, ut editio Aldina, quamvis haec quidem correctoris exhibens commentum τοῦ Σωκράτους pro αὐτοῦ, quo caret Juntina, quamvis Oeconomicum post Atheniensium Rempublicam ponens [b]. Non quaeritur enim quid Galeni aetate lectum fuerit in libris Xenophontis, sed quid ille, si sana uteretur ratione, facere potuerit. Nihil autem absurdius cogitari posse Oeconomico ita ut fecit Xenophon inchoato, eodemque conjuncto cum Ἀπομνημονευμάτων libro, aut capite octavo aut Apologia clauso, satis est verbo dixisse. De iis vero quae utrique Pseudo-Xenophonti communia sunt paucis dicam infra, ubi de Apologia egero.

[b] Eadem varietas quae in his editionibus est, inscribentibus quidem Οἰκονομικὸς λόγος, in summis paginis vero Οἰκονομικὰ, non mirum quod jam antiquitus obtinuit in libro, cujus inscriptio non est Xenophontis. Nam etsi Oeconomicum dixit jam Cicero, Philodemus tamen Volum. Herculan. part. 1, p. 92, 28 dicit: Προσδιατρίβειν τοῖς Ξενοφῶντος Οἰκονομικοῖς. Atque eadem forma usus videtur Galenus, apud quem τοῦ Ξενοφῶντος Οἰκονομικῶν corrigendum τῶν potius quam Οἰκονομικοῦ.

Hujus igitur quae dicitur Apologiae Socratis Gailius duobus usus est codicibus Vaticanis A. 1950, B. 1335, Parisios tum ablatis, quorum priorem, bombycinum formae quartae, foliorum 545, Apologiam foliis 222^b–226^a complexum, descripsit *Oeuvres complètes de Xénophon* vol. 7, part. 2, p. 74, alterius specimen exhibuit, Ἀπολογία σωκράτους πρὸς τοὺς δικαστὰς—s. 4, ἀπέκτειναν complexum, inter Specimina codicum n. 11. Sunt enim hujus libelli codices adeo rari ut quem unum memorat Fabricii Bibliothecae editio Harlesiana vol. 3, p. 15, eum fictum esse ex libro Convivii Reiseri Catalogus p. 69 ostendat.

Latinam, et quidem Xenophontis nomine inscriptam, primus edidit Leonardus Aretinus, cujus interpretatio cum aliis aliorum Xenophontis scriptorum interpretationibus Latinis primum edita in editione sine loco et anno, nisi quod Cyropaediae subscriptum absolutam esse Mediolani a. d. XI Kalend. Octobris a. 1467, qui annus ad operam Philelphi pertinet, non ad editionem.

Graecam primus cum Agesilao et Hierone conjunctam edidit Joannes Reuchlinus Phorcensis Hagenoae a. 1520, 4. Qui etsi titulum fecit hunc: Ξενοφῶντος. Ἀπολογία Σωκράτους πρὸς τοὺς δικαστάς. Ἀγησίλαος. Ἱέρων ἢ Τυράννικος, in inscriptione tamen Ἀπολογία Σωκράτους πρὸς τοὺς δικαστάς, omisit nomen Ξενοφῶντος, quod in Agesilao posuit et Hierone, ut haud dubie defuerit in codice, quem accurate expressit. Omiserunt libellum primi Xenophontis editores Philippus Junta et Aldus Manutius, nullum ejus nacti librum scriptum.

Hanc Apologiam tanquam Xenophontis, cujus nomen non constat an in ullo gerat libro scripto, citant Athenaeus, Stobaeus et scholiasta Platonis in codice Bodlejano, neque aliam credibile est usurpasse Diogenem L. 2, 57, ubi inter scripta Xenophontis refert Ἀπολογίαν Σωκράτους. Nec quisquam Xenophontis esse dubitaverat ante Valckenarium, qui in annotationibus ad Xenophontis Comment. 1, 1: "Haec ἀπομνημονεύματα praebent Xenophonteam Socratis Apologiam: respondet enim in his Xenophon ad singula accusationis capita: praeterea in Arte Rhetor. inter Opera Dionys. Halic. 2, p. 103, 34, Socratis ἐγκώμιον scripsisse dicitur Plato ἐν ἀπολογίας σχήματι· Xenophon autem ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν· ὡς γὰρ ἀπολογούμενος ὑπὲρ Σωκράτους ἐγκώμιον Σωκράτους περαίνει. Quae vulgata prostat ut Xenophontis Σωκράτους ἀπολογία, est illa hocingenio capitali, si quid judico, prorsus indigna, ab eodem conflata, cui finem Cyropaediae debemus et alia quaedam, quae vulgo leguntur ut Xenophontea." Et ad 3, 9: "Et crederemus Xeno-

phontem sua ipsius, quae dederat in Hist. Graeca, centena continua in Agesilai encomio transcripsisse? aut Apologiam scripsisse Socratis, in qua nihil alicujus inveniatur momenti, quod non legatur in his commentariis?" Et post Koppiersii Observata philologica, inter theses quas illi defendendas praescripsit vii: "Xenophontea quae vulgo habentur, Apologia Socratis et Oratio in laudem Agesilai, indigna sunt ingenio Xenophontis capitali et sophistae debentur; quod mirum est ab aliis nondum fuisse animadversum," Hemsterhusium fortasse cogitans, qui ad Luciani Dial. Mort. 21, 1, vol. 1, p. 421, elegantissimam appellat defensionem, quam hodie Xenophontis orationi et ingenio assuetus illo prorsus esse indignam ne dubitandum quidem putabit. Valckenarii sententiam probarunt Wyttenbachius ad Platonis Phaedonem p. 234, dubitantius loquutus ad Julianum Bibl. crit. vol. 3, part. 1, p. 60, Boeckhius De simultate Platonis et Xenophontis p. 7, et praeter Schneiderum Leonardus Schmitzius in Commentatione de ea Musei Classici vol. 2, p. 221–229. Qui etsi fallitur in nonnullis, neque animadvertit postremum Commentariorum caput, quod pleraque cum Apologia habet communia, non magis esse Xenophontis, verissima tamen scripsit de totius scripti perversitate, quae non melius quam ipsius verbis dicenda una cum opinione ejus de tempore quo scripta sit Apologia huc transtuli.

"If we turn to the consideration of the Apology itself, the doubts which have been raised by the examination of external evidence will be considerably increased. The writer states, in the outset, that it is his object to defend Socrates against the charge of haughty and overbearing conduct, or the *μεγαληγορία*, which he was said to have used during his trial, and to prove that this apparent overbearingness was not the result of arrogance or obstinacy, but the necessary consequence of his conviction that it was better for him to die than to live. For this purpose the writer introduces Socrates explaining to Hermogenes the causes which prevented his imploring the mercy of the judges. Then follows a specimen of Socrates' *μεγαληγορία*, of which strong traces were visible even in the conversation with Hermogenes. The writer then proceeds to relate the manner in which Socrates behaved at the conclusion of his trial, and what he said to his friends about his own innocence and sanctity. All this is well calculated to shew why Socrates acted in the way he did, and to defend him against the charge of foolish presumption and obstinacy. But at § 27 the writer appears completely to forget his object, for he

relates sundry anecdotes which prove nothing more than that Socrates was in a cheerful mood during the last moments of his life, and that he foretold the fate which awaited the son of Anytus, his accuser. Towards the end of the treatise the author returns to his subject; he gives some reasons why Socrates would not condescend to implore the mercy of his judges, and then finishes the Apology by bestowing some general praise upon Socrates.

From this summary it appears that the author of the Apology did not intend to defend Socrates from the charges which his accusers had brought against him, but merely to shew that his *μεγαλῃγορία* was the necessary consequence of his convictions, and not improper pride. Now that *μεγαληγορία*, of which the author of the Apology furnishes us with examples, is quite a novel feature in the character of Socrates, and is not known, either from the Memorabilia or from the works of Plato, for, in both of the latter works, we always find Socrates speaking and defending himself with the dignity, firmness, and irony of a man who is conscious of his innocence, and looks upon death with a cheerfulness which can be the result only of perfect innocence. There is indeed a kind of *μεγαληγορία* perceptible in the Memorabilia as well in Plato's Apology, but it is very different from that with which we become aquainted in the Xenophontean Apology, and which is not attested by any other authority; it is, to be brief, opposed to all we know about the character of Socrates from other sources, and bears strong marks of the exaggerated notions which a rhetorician who lived three or four centuries later would naturally form of Socrates."

—"It might be urged against all this, that the language of the Apology contains nothing to suggest a later date than the age of Xenophon, and that, as far as correctness is concerned, the language is perfectly worthy of Xenophon and his age. But the language of late writers is, in many cases, a very deceitful guide and a true *ignis fatuus;* for some of the grammarians, both Latin and Greek, by studying particular authors, artificially acquired a language and style which would defy the most critical scrutiny. The only point in which such imitators usually betray themselves is their rhetorical exaggeration, by which they hope to improve upon their originals. Strong instances of such exaggeration occur in the Apology, in the specimens which the author furnishes of Socrates' *μεγαληγορία*, and nothing is more natural than that a rhetorician, hearing of this *μεγαληγορία*, and incapable of under-

standing the calm dignity of Socrates, should exaggerate his quiet consciousness of innocence, which we see in Plato's Apology and in the Memorabilia, into a declaration about his innocence and merits, and that he should make Socrates himself speak of it in strong and presumptuous terms.

"All that I have pointed out here leads me to the belief, that our Apology was written by some sophist or grammarian, during the period between Dionysius of Halicarnassus and Athenaeus, that is, either in the first or second century of our era. The author seems to have extracted from the Memorabilia, especially from the latter portion, for the sake of exercise or amusement, whatever he thought fit to explain the *μεγαληγορία*, which he found mentioned by various writers, and which, according to his own notions, he exaggerated into something which is really unworthy of the character of Socrates. In making his extracts, he transcribed, almost literally, the same words from the Memorabilia, where the accounts were sufficiently brief; in other cases, he abridged his original. He could not, however, prevail upon himself to abstain from inserting such things as he happened to know from other sources, and, as he thought, had some bearing upon the question under consideration. With a want of judgment not uncommon with the sophists of the first century of our era, he also added anecdotes and tales which had no connection with the subject in hand, but seemed interesting enough to him to be repeated."

Grotius autem Histor. vol. 8, p. 641, quod dicit: "This little piece bears a very erroneous title, and may possibly not be the composition of Xenophon, as the commentators generally affirm; but it has every appearance of being a work of the time," ex iis quae Schneiderus egoque diximus ad locos singulos satis apparere arbitror non modo Xenophonte, sed etiam aetate ejus indignum esse libellum, qui in medio relinquendum est quot annis ante Athenaeum et Diogenem fuerit conscriptus. Illud tamen apertum est, quae de Socratis cum Hermogene in carcere colloquio communia fere sunt Apologiae scriptori cum capitis octavi auctore, ea hunc aut ex illa petiisse aut utrumque ex eodem fonte hausisse, totumque illud colloquium in capite octavo ita interponi ceteris ut ne certum quidem sit ejusdem omnia esse scriptoris.

Restat ut postquam satis multa dixi de iis quae non sunt Xenophontis, nonnulla adjiciam de his quae reapse sunt illius. Socratis, cujus nomen Xenophon his Commentariis a criminibus im-

pietatis et corruptae juventutis vindicare et quam injuste esset damnatus ostendere voluit, Vitam scripsit Diogenes Laertius 2, 18–47. Quae quum ejusmodi sit referta fabulis quas hodie vix refelli operae pretium sit, quippe fictis ab hominibus rerum, temporum omnisque historiae imperitis, veri autem nihil fere contineat quod non sit a Platone aut Xenophonte relatum, ego pauca tantum ex ea excerpta infra posui, quae cum Xenophontis scripto essent conjuncta. Plura enim de Socratis vita et doctrina qui desideret, sponte adibit Grotii Histor. vol. 8, p. 551 seqq., Thirlwalli Histor. c. 32, ejusdemque in Musei philol. Cantabr. vol. 1, p. 530 seqq. dissertationem, qui etiam Xenophontis locos multos attigerunt, neque hujus narrationibus, quas Grotius p. 617 vocat *a mere skeleton of the reality*, ita ut Valckenarius initio annotationum, expressum putarunt ingenium Socratis. In quo an nihil fuerit amplius quam quod in eo agnoverit de eoque retulerit Xenophon, ficta autem sint quae Plato ei tribuat haud paullo majora, dubitavit etiam Thirlwallus p. 530 seqq., ut Letronnius Vitae p. 393.

Una tamen in re Diogeni injuria facta videtur, quum ita exorsus: *Σωκράτης Σωφρονίσκου μὲν ἦν υἱὸς λιθουργοῦ καὶ Φαιναρέτης μαίας, ὡς καὶ Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ φησὶν, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Ἀλωπεκῆθεν*, antequam ad magistros Socratis transiret, haec interposuisse creditus est: *Ἐδόκει δὲ συμποιεῖν Εὐριπίδῃ· ὅθεν Μνησίλοχος οὕτω φησί·*

> *Φρύγες ἐστὶ καινὸν δρᾶμα τοῦτ' Εὐριπίδου,*
> *ᾧ καὶ Σωκράτης τὰ φρύγαν' ὑποτίθησι.*

καὶ πάλιν·

> *Εὐριπίδης σωκρατογόμφους.*

καὶ Καλλίας Πεδήταις·

> A. *Τί δὴ σὺ σεμνοῖ καὶ φρονεῖς οὕτω μέγα;*
> B. *Ἔξεστι γάρ μοι· Σωκράτης γὰρ αἴτιος.*

Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

> *Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν*
> *τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι τὰς σοφάς.*

Quae non solum interrumpunt quae conjungenda erant, quibus parentibus Socrates natus et quibus usus esset magistris: *Ἀκούσας δὲ Ἀναξαγόρου κατά τινας, ἀλλὰ καὶ Δάμωνος κ. τ. λ.*, sed etiam praepostere initio Vitae posita insuperque gravissimis repleta sunt erroribus, ut ostendit Vita Euripidis ex codice Ambrosiano edita ab Elmslejo post Bacchas: *Ἀναγνοὺς δὲ* (hoc est sermone Byzantino, Quum litteris operam dedisset, ut in locis Joannis Malalae quos indicavi in Thes. Stephani v. *Ἀναγιγνώσκω*, p. 319 D, et apud

Hesychium: *Παραμείνας, παραναγνούς.* Quod non intelligens Thomas Mag. in Vita Euripidis posuit *ἀγχίνους δὲ ὤν, εἴπερ τις, καὶ τῷ ποιεῖν ἑαυτὸν ἐκδεδωκὼς εἰς τραγῳδίαν ἐτράπη) ἐπὶ τραγῳδίαν ἐτράπη, καὶ πολλὰ προσεξεῦρε, ὡς δὴ ἀκουστὴς γενόμενος Ἀναξαγόρου καὶ Προδίκου καὶ Πρωταγόρου καὶ Σωκράτους ἑταῖρος. δοκεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος καὶ Μνησίλοχος συμπεποιηκέναι τινά, ὥς φησι Τηλεκλείδης· Μνησίλοχος δὲ ἐκεῖνος φρυγικόν τι δρᾶμα καινὸν Εὐριπίδῃ καὶ Σωκράτης ὑποτίθησιν.* Teleclidem scripsisse, | *Μνησίλοχός ἐστ᾽ ἐκεῖνος ὃς φρύγει τι δρᾶμα καινὸν* | *Εὐριπίδῃ καὶ Σωκράτης τὰ φρύγαν᾽ ὑποτίθησιν* | , animadvertit G. Dindorfius ad fragm. Aristophanis p. 512 ed. Oxon., quum *Τηλεκλείδης* pro *Μνησίλοχος* apud Diogenem restituendum conjecisset Elmslejus. Inepta autem illa *Εὐριπίδης σωκρατογόμφους* et *Ἀριστοφάνης Νεφέλαις,* quum alius Comici sit quod sequitur fragmentum, nihilque ad Euripidis cum Socrate societatem pertineant Aristophanis Nubes, vel Diogenis superant incuriam, qui Nubes ita citat infra ut proferat quae reapse sunt in illis, nusquam Teleclidem aut Calliam. Prorsus etiam alienum a Vita Socratea illud quod Aristophani affingitur fragmentum, quum nihil in eo sit de Socrate, nisi *τὰς σωκρατογόμφους* substituatur illi *τὰς περιλαλούσας,* quae G. Dindorfii conjectura fuit. Qua ipsa quum novae in scriptorem conferatur culpa confusionis, credibilius mihi est omnia haec *Ἐδόκει—σοφάς* Diogeni illata esse ex Vita Euripidis pleniori quam fertur in codicibus Ambrosiano et minus pleno Havniensi, eoque ipso et locus quo posita sunt et quod fragmentum habent ad Euripidem, non ad Socratem pertinens, aut, si pertinuit, inepte in duo discerptum, ceterique gravissimi errores et scripturae vitia explicari videntur.

Ad Xenophontem autem quae pertinent, haec sunt s. 38: *Ἀπηνέγκατο μὲν οὖν τὴν γραφὴν ὁ Μέλητος, εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύευκτος, ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής, ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἢ Ἄνυτος, ὥς τινες. προητοίμασε δὲ πάντα Λύκων ὁ δημαγωγός.* (39) *Ἀντισθένης δ᾽ ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων Διαδοχαῖς καὶ Πλάτων ἐν Ἀπολογίᾳ τρεῖς αὐτοῦ κατηγορῆσαί φασιν, Ἄνυτον καὶ Λύκωνα καὶ Μέλητον, τὸν μὲν Ἄνυτον, ὡς ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν ὀργιζόμενον, τὸν δὲ Λύκωνα ὑπὲρ τῶν ῥητόρων, καὶ τὸν Μέλητον ὑπὲρ τῶν ποιητῶν, οὓς ἅπαντας ὁ Σωκράτης διέσυρε. Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀπομνημονευμάτων μὴ εἶναι ἀληθῆ τὸν λόγον τὸν Πολυκράτους κατὰ Σωκράτους. ἐν αὐτῷ γάρ, φησί, μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ὃ γέγονεν ἔτεσιν ἓξ τῆς τοῦ Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον. καὶ ἔστιν οὕτως ἔχον.* (40) *ἡ δ᾽ ἀντωμοσία τῆς δίκης τοῦτον*

εἶχε τὸν τρόπον. ἀπόκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβωρῖνος, ἐν τῷ Μητρῴῳ. Τάδε ἐγράψατο καὶ ἀντωμόσατο Μέλητος Μελήτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν· Ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. (Conf. Plato Apolog. p. 24 B, Dio Chrys. Or. 43, vol. 2, p. 192, Maximus Tyr. Diss. 9, 5, Joseph. Contra Apion. 2, 37.) *τίμημα θάνατος. ὁ δ' οὖν φιλόσοφος, Λυσίου γράψαντος ἀπολογίαν αὐτῷ, διαναγνοὺς ἔφη, Καλὸς μὲν ὁ λόγος, ὦ Λυσία, οὐ μὴν ἁρμόττων γ' ἐμοί. δηλαδὴ γὰρ ἦν τὸ πλέον δικανικὸς ἢ ἐμφιλόσοφος.* (41) *εἰπόντος δὲ τοῦ Λυσίου, Πῶς, εἰ καλός ἐστιν ὁ λόγος, οὐκ ἂν σοι ἁρμόττοι; ἔφη, Οὐ γὰρ καὶ ἱμάτια καλὰ καὶ ὑποδήματα εἴη ἂν ἐμοὶ ἀνάρμοστα;*

Quae etsi ipsa quoque, quatenus Lysiae cum Socrate colloquium referunt, de nihilo ficta sunt, ut infra dicetur, tamen quod initio memorant Polycratis exstitisse accusationem Socratis, falsis mixta vera continent et quae ad Xenophontis scriptum rectius quam adhuc factum erat intelligendum plurimum conferant.

Polycrates enim sophista, secundum Aeschrionem Samium apud Athenaeum 8, p. 335 C, *τὴν γονὴν Ἀθηναῖος, λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα,* et secundum Dionysium Isaei c. 20, p. 627, 12, *κενὸς μὲν ἐν τοῖς ἀληθινοῖς, ψυχρὸς δὲ καὶ φορτικὸς ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς, ἄχαρις δὲ ἐν τοῖς χαριεντισμοῦ δεομένοις,* cujus ineptias verbo tangit Aristoteles Rhet. 2, 24, Busiridis quidem et Clytaemnestrae, qua erat perversitate ingenii, encomia, Socratis vero mortui accusationem scripserat. Et Busiridis quidem laudationem Isocrates, accusationem vero Socratis Lysias sibi refutandam sumpsit. Unde duplex natus recentiorum hominum error, ut et Polycratis declamatio in usum Anyti ejusque sociorum scripta putaretur et Lysiae defensio Socratis a Polycrate in usum Socratis contra Anytum et reliquos. Et priorem quidem errorem quum Favorinus redarguisset argumento quod memorat Diogenes s. 39, alterum huic non minus grave addiderunt Valesius De critica 1, 11, p. 15, et antequam illa Valesii edita essent, Bentlejus in Dissert. de epistolis Socraticis c. 6, quod ductum est ex verbis Isocratis in Busiride p. 222 B, ubi mortuo, non vivo Socrati objecisse Polycratem quae in illum non caderent declarat: *Αἰσθόμενος οὖν οὐχ ἥκιστά σε μεγαλαυχούμενον ἐπί τε τῇ Βουσίριδος ἀπολογίᾳ καὶ τῇ Σωκράτους κατηγορίᾳ πειράσομαί σοι ποιῆσαι καταφανὲς ὅτι πολὺ τοῦ δέοντος ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις διήμαρτες. ἁπάντων γὰρ εἰδότων ὅτι δεῖ τοὺς μὲν εὐλογεῖν τινας βουλομένους πλείω τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν αὐτοῖς προσόντ' ἀποφαίνειν, τοὺς δὲ κατηγοροῦντας τἀναντία τούτων ποιεῖν,*

τοσούτου δεῖς οὕτω κεχρῆσθαι τοῖς λόγοις, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν Βουσίριδος ἀπολογήσασθαι φάσκων οὐχ ὅπως τῆς ὑπαρχούσης αὐτὸν διαβολῆς ἀπήλλαξας, ἀλλὰ καὶ τηλικαύτην αὐτῷ τὸ μέγεθος παρανομίαν προσῆψας, ἧς οὐκ ἔσθ' ὅπως ἄν τις δεινοτέραν ἐξευρεῖν δυνηθείη· τῶν γὰρ ἄλλων τῶν ἐπιχειρησάντων ἐκεῖνον λοιδορεῖν τοσοῦτο μόνον περὶ αὐτοῦ βλασφημούντων, ὡς ἔθυε τῶν ξένων τοὺς ἀφικνουμένους, σὺ καὶ κατεσθίειν αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους ᾐτιάσω· Σωκράτους δὲ κατηγορεῖν ἐπιχειρήσας, ὥσπερ ἐγκωμιάσαι βουλόμενος Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν, ὃν ὑπ' ἐκείνου μὲν οὐδεὶς ᾔσθετο παιδευόμενον, ὅτι δὲ πολὺ διήνεγκε τῶν ἄλλων ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν. τοιγαροῦν εἰ γένοιτ' ἐξουσία τοῖς τετελευτηκόσι βουλεύσασθαι περὶ τῶν εἰρημένων, ὁ μὲν (Socrates) *ἄν σοι τοσαύτην ἔχοι χάριν ὑπὲρ τῆς κατηγορίας ὅσην οὐδεὶς τῶν ἐπαινεῖν αὐτὸν εἰθισμένων.* Bentlejus autem quod Diogeni s. 38 credidit jam Hermippum sic errasse, ut Quinctilianus Instit. 2,17,4: "Polycrates composuisse orationem, quae est habita contra Socratem, dicitur," Themistius Or. 23, p. 296 C: *Οἱ δικασταὶ ἐγοητεύθησαν ὑπὸ τοῦ λόγου, ὃν ξυνέγραψε Πολυκράτης, Ἄνυτος δὲ ἐμισθώσατο,* et epistolae Socraticae 14 scriptor, denique confutatus a Perizonio ad Aelianum V. H. 11, 10: *Οὗτος ὁ Πολυκράτης καὶ τὴν κατηγορίαν ἔγραψε τὴν κατὰ Σωκράτους,* Suidas, paullo securius fidem habuit Diogeni, qui Hermippo affinxit quod non cadere in illum animadvertit Cobetus Nov. Lect. p. 777[c].

Alter autem error de Lysiae oratione, contra Polycratem scripta post mortem Socratis, minime vero, ut narrat Diogenes s. 38, Socrati vivo oblata et ab hoc repudiata, ut crediderunt etiam Cicero De orat. 1, 54, Quinctilianus Inst. 2, 15, 30; 11, 1, 11, et alii, ad novissima usque tempora obtinuit, ut quum Ps. Plutarchus Vitae decem Oratorum p. 836 B, dicat: *Εἰσὶ δ' αὐτῷ καὶ τέχναι ῥητορικαὶ πεποιημέναι—καὶ ἐρωτικοὶ καὶ Σωκράτους ἀπολογία ἐστοχασμένη τῶν δικαστῶν,* hoc est, tanquam coram judicibus dicta, quum Polycratea declamatio fuisse videatur similis ejus encomiis, essent qui duplicem opinarentur exstitisse Lysiae orationem, postquam ex scholio ad Aristidem vol. 3, p. 319, 35; 480, 32, ubi Lysias citatur *ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ,* constitit de Polycrate ab eo confutato.

[c] Ne Diogenis quidem, sed librariorum culpa non minus gravem errorem affingi Hermippo 2, 55: *Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου καὶ Σωκράτην φησὶ Γρύλλου ἐγκώμιον γεγραφέναι,* quod et ipsum crediderat Bentlejus, non opus est multis dici, postquam jam Is. Vossius apud Luzacium Lect. Att. p. 149 sustulit vulgare vitium *Σωκράτην* pro *Ἰσοκράτην.* Contra Photius Bibl. cod. 260, p. 486, 36, discipulos Isocratis eodem ordine recensens quo Ps. Plutarchus Vitae decem Oratorum p. 837 C, quum illis praemittit *Ξενοφῶντα τὸν Γρύλλου,* absurde Isocratis solus facit discipulum Socratis, quod miror credidisse Letronnium Vitae p. 372.

Atque eundem Polycratem a Xenophonte confutari, ubi unum dicit κατήγορον, 1, 2, 9, 12, 26, 49, 51, 56, 58, certissimum reddunt quae de Polycratis illa declamatione supersunt fragmenta cum Xenophonteis prorsus congruentia. De quo qui multa disputavit Cobetus Nov. Lect. p. 726 seqq., tamen non solum Apologiae Libanii, qua infra dicam Polycratis declamationem confutatam simul et quodammodo conservatam videri, nullam habuit rationem, sed etiam Xenophontis eum ipsum omisit locum qui si unus exstaret, solus rem esset confecturus, 1, 2, 26: Εἶτα εἰ μέν τι ἐπλημμελησάτην (Critias et Alcibiades), τούτου Σωκράτη ὁ κατήγορος αἰτιᾶται, ὅτι δὲ νέω ὄντε αὐτὼ Σωκράτης παρέσχε σώφρονε, οὐδενὸς ἐπαίνου δοκεῖ τῷ κατηγόρῳ ἄξιος εἶναι; Quocum componendum jam quod s. 29: Οὕτω δὲ καὶ Σωκράτη δίκαιον ἦν κρίνειν· εἰ μὲν αὐτὸς ἐποίει τι φαῦλον, εἰκότως ἂν ἐδόκει πονηρὸς εἶναι· εἰ δ' αὐτὸς σωφρονῶν διετέλει, πῶς ἂν δικαίως τῆς οὐκ ἐνούσης αὐτῷ κακίας αἰτίαν ἔχοι; ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς πονηρὸν ποιῶν ἐκείνους φαῦλα πράττοντας ὁρῶν ἐπῄνει, δικαίως ἂν ἐπιτιμῷτο, ego restitui pro ἐπετιμᾶτο, ut praecesserat αἰτίαν ἔχοι. Nam omnia haec praesens tempus arguit adversus praesentem dici calumniatorem, non qui olim in judicio Socratem esset calumniatus.

Polycrateae autem declamationis fragmentorum quae supra memoravi ex scholiasta Aristidis alterum: Τοῦτο δ' οὐκ ἀργῶς εἶπεν, ἀλλ' ἐπειδὴ οἶδε τὸν Σωκράτη πρὸς τοὺς νέους ἀεὶ τὸν Ὀδυσσέα θαυμάζοντα διὰ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν, ὡς Πολυκράτης ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ λόγῳ φησὶ καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Πολυκράτην ὑπὲρ αὐτοῦ, ὁ μὲν συνιστῶν ὅτι τὴν δημοκρατίαν ἐκ τούτου καταλύειν ἐπεχείρει, ἐπαινῶν τὸν Ὀδυσσέα, τοῖς μὲν βασιλεῦσιν ἐπαινοῦντα (ἐπιτιμῶντα) λόγῳ, τοὺς δὲ ἰδιώτας τύπτοντα, οὐδὲν (ὁ δὲ) λέγων φροντίζειν μᾶλλον αὐτοῦ (αὐτὸν) τῆς τάξεως, ita congruit cum verbis Xenophontis 1, 2, 58: Τὸ δὲ Ὁμήρου ὁ κατήγορος ἔφη πολλάκις αὐτὸν λέγειν ὅτι Ὀδυσσεὺς

ὅντινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα κιχείη

(et reliqua). ταῦτα δὴ αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι ὡς ὁ ποιητὴς ἐπαινοίη παίεσθαι τοὺς δημότας καὶ πένητας, ut ipsum Polycratem dici τὸν κατήγορον quivis concessurus sit Cobeto p. 768.

Non minus manifestum est quae Xenophon dicit 1, 2, 12: Ἀλλὰ Σωκράτει γ', ἔφη ὁ κατήγορος, ὁμιλητὰ γενομένω Κριτίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην, Polycratem spectare, quem solum omnium Alcibiadem fecisse Socratis μαθητὴν Isocrates testatur loco supra p. xxii citato. Critiam enim quod Aeschines contra Timarchum p. 24, 33, Socratis facit discipulum: Ἔπειθ'

ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτη μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκώς, ἕνα τῶν τριάκοντα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων, (quem exprimere videtur Alciphron Ep. 1, 34, 7, ubi Σωκράτην τὸν σοφιστὴν Critiae magistrum perhibet, Plutarcho Mor. p. 328 C, exprimente potius Xenophontem 1, 2, 16), id ab eodem eum accepisse Polycrate intellexit jam Cobetus p. 767. Addere licebat idem facere Libanium in Apologia Socratis vol. 3, p. 52, 16: Σὺ δὲ (Anytus) Ἀλκιβιάδην καὶ Κριτίαν λέγεις, πολλοὺς δὲ χρηστοὺς παραλείπεις, quibus addit recensum discipulorum Socratis. Atque ille alia quoque habet ita congruentia cum iis quae ex Polycratea declamatione aut scholiasta repetit Aristidis aut Xenophon petisse videtur, ut quantumvis Anyto respondeat, Polycratis declamationem et legisse et ab Anyto usurpatam credidisse videatur. Nam et quae de Hesiodeo ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος habet p. 30, 3, conveniunt cum Xenophonteis 1, 2, 57, aliisque aucta sunt de Pindaro et Theognide, quae non sunt apud Xenophontem, sed fuerunt, si recte conjicio, apud Polycratem, et quae de Palladio rapto habet p. 36, 5: Τί οὖν ἠδίκει Σωκράτης ἢ Μέλανθος ὡς ἐνίκησε λέγων—ἢ τὸν Ὀδυσσέα φάσκων ἐπὶ τῇ τοῦ Παλλαδίου τιμηθῆναι κλοπῇ; τὰ γὰρ τῶν Τρώων ἔκλεπτε τῶν τὰ τιμιώτατα τῶν τοῦ Μενελάου κεκλοφότων προπατέρων (προτέρων Jacobsius Act. Monac. vol. 2, p. 466), planissime conveniunt cum scholio Aristidis p. 320, 4: Ἀγάλματα διὰ τὸ Παλλάδιον φησὶ τὸ ἀπὸ Τροίας· ὁ γὰρ Δημόφιλος (Δημοφῶν Valesius ad Harpocrat. vol. 2, p. 242 ed. Oxon.) παρὰ Διομήδους ἁρπάξας εἰς τὴν πόλιν (alter codex λαβόντος δὲ Διομήδους ἁρπάσας ἀπὸ τούτου Δημόφιλος Ἀθήναζε) ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην (λόγῳ φησὶ addit alter). Quod si ita est, ut supra dixi, Libanii Apologia fere conservata est declamatio Polycratis. Quam Xenophon, quum paullo post componeret scripta illa Socratica, quae Ἀπομνημονεύματα et Οἰκονομικὸς vel Οἰκονομικὰ inscribuntur, non ut Lysias et fortasse Libanius, integram refellere dignatus est, sed nonnullas tantum ejus ineptias notavit, nomen autem scriptoris non magis ponere sustinuit quam accusatorum Socratis, illos dicens τοὺς γραψαμένους, hunc τὸν κατήγορον. Unde intelligitur etiam non Xenophontis, sed ingenium ejus prorsus ignorantis impostoris esse et particulas illas Ἀπομνημονευμάτων, ubi solus nominatur Meletus, et Apologiam, ubi cum Anyto conjunctus. Nam omnes illos homines ita detestabatur Xenophon ut nomina eorum, ubi posset, premeret, quod eum etiam aliis in nominibus hominum sibi invisorum fecisse satis constat, ut ipsi non minus absurdus libelli tam alieni ab ingenio ejus visus fuisset

scriptor quam hodie omnibus videatur, si quis explosae a multis Apologiae mente captus exoriatur defensor.

Valckenarius autem etsi erravit, quum Apologiam abjiciens tamen postremo Commentariorum capite ipsisque Epistolis quae feruntur Xenophontis usus est tanquam Xenophonteis, et pro certo posuit quod ne probabile quidem est, ejusdem scriptoris esse Apologiam et Epilogum Cyropaediae, laudandus tamen est quod et apud Xenophontem et apud Euripidem plus in hoc genere vidit et ausus est plerisque aequalium. Qui a Bentleji in indagandis illis veteratorum satis saepe et antiquorum et callidorum fraudibus sagacitate ad tantam desciverant securitatem ut Hemsterhusius Apologia non minus delectaretur quam Ruhnkenius Agesilao, Marklandus autem Iphigeniam in Aulide, quae quasi colluvies quaedam est indignissimarum saepe ineptiarum, ita tractaret ut nullum in ea versum suspectum haberet, et si quid nimis absonum occurreret, ut admirabile notaret potius quam fraudes illas deprehenderet quae inde a Porsono demum perspici coeptae ne nunc quidem omnes sunt animadversae[d].

Cujusmodi impostores ipsi risissent commentorum suorum laudatores, ut hodie ridiculus videtur Procopius, qui exordia illa singulorum Anabasis inde ab secundo librorum, de quibus supra dixi p. vii, Xenophontis esse opinatus, ad verbum expressit, quum secundum de Aedificiis librum ipse quoque exorsus est Ὅσα μὲν δὴ —ἱδρύσατο, ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ δεδήλωται, similiterque tertium et quintum, ut Persicorum initio Thucydidis expresserat exordium.

Superest ut paucis dicam quo fere tempore Xenophon composuisse videatur hos de Socrate commentarios et qui jam ante Ciceronis et Philodemi, ut dixi p. xiv, aetatem ab iis disjunctus est dialogum de oeconomia, interposita fortasse jam tum vel paullo post clausula, de qua dixi p. xiii, aut Apologia Socratis, de qua p. xv. Quos quum ipsis primis illorum verbis πολλάκις ἐθαύμασα prodat haud paullo post mortem Socratis scriptos ad refellendas non solum accusatorum in judicio, sed etiam Polycratis in scripto, de quo dixi p. xxi, calumnias, alter autem Polycratis adversarius Lysias secundum Dionysium Lysiae c. 12, p. 479, 3, octogenarius ἐπὶ Νίκωνος ἢ ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντος Ol. 100, 2 vel 3, obierit,

[d] Qui Agamemnonis inde ab v. 1255–1275 orationis postrema tantum indigna Euripide judicarunt, totam illam declamationem abjicere debebant, ineptissimo inchoatam disticho: Ἐγὼ τά τ' οἰκτρὰ συνετός εἰμι καὶ τὰ μή, φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα· μαινοίμην γὰρ ἄν. Nihilo melior est v. 1131: Τὴν παῖδα τὴν σὴν τήν τ' ἐμὴν μέλλεις κτανεῖν, aliique haud pauci, de quibus aptiori loco dicetur.

satisque sit probabile circa idem fere tempus utrumque scripsisse contra Polycratem, tale erit ponendum quod longius absit ab Socratis nece quam ab Lysiae morte, id est circiter Ol. 99. Cui ipsi satis convenit quod et in Commentariis 3, 5, 26 de Mysis et Pisidis eadem iisdem fere verbis dicuntur quae in Anabasi 3, 2, 23, et in Oeconomico 4, 19, de Cyri morte eadem quae in illa 1, 9, 31, quasi uterque liber eodem fere scriptus sit tempore. Anabasin autem ipsam quoque viginti circiter annis post expeditionis Ol. 94, 4, tempora scriptam prodere filios Xenophontis in illa memoratos tanquam Scillunte cum patre venantes, quos nullos dum habuerat in Thracia, dixi ad illam p. xxvii. Quodsi recte negarunt Mitfordus Histor. c. 23, s. 6, annot. aliique, de quibus Schneiderus praef. ad Histor. Gr. p. xxiii, Xenophontem interfuisse proelio ad Delium Ol. 89, 1, unde eum ab Socrate ablatum perhibent Diogenes et qui vel ἐπὶ πολλοὺς σταδίους asportatum narrat Strabo, Athenaeus autem etiam Convivio Ol. 89, 3 (non, ut ipse putat, 4) celebrato, licet hoc quidem ipse affirmet Xenophon, quod illius tempore puer fuerit (cui quum addit, fortasse ne natum quidem fuisse, non cogitavit se ita facere Anabasis tempore ducem Graecorum adolescentem vicenarium), hoc igitur si recte negavit Mitfordus, quod loci Anabasis, qui spectant aetatem Xenophontis, juveni potius circiter tricenario conveniant quam viro supra quadraginta annos nato, excepto ambiguo 7, 2, 38, ubi Seuthes et filiam ei suam offert, et si quam ipse habeat, uxorem petit, Xenophon, quum hos scriberet commentarios [e], quinquaginta circiter vir fuit annorum.

[e] Sic enim potius vertendum vocabulum graecum quam Memorabilia. Quae inscriptio mihi servanda fuit receptae consuetudinis caussa, ut divisio in libros et capita.

Scribebam Lipsiae.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 2. annot. col. 2, v. ult. 1] *l.* 8.

P. 4. in var. scr. add.: *ἢ λογιστικὸν* om. A. in fine versus.

P. 6. annot. col. 1, v. antepen. 659] *l.* 249, p. 440, 27.

P. 7. annot. col. 2, v. 5. add.: qui p. 165–167 etiam s. 11–14 ex Eusebio repetit.—10 post SCHN. add.: Dicuntur potius stipites et lapides. V. Pausan. 7, 22, 4, qui addit: *Τὰ δὲ ἔτι παλαίτερα καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι τιμὰς θεῶν ἀντὶ ἀγαλμάτων εἶχον ἀργοὶ λίθοι.* Dio Chr. Or. 12, vol. 1, p. 406, 2: *Δένδρα ἀργὰ καὶ ἀσήμους λίθους.*

P. 8. 1, 1, 15. De *ἆρα* sic ut hic posito pluribus dixi ad Thes. Stephani.

P. 12. 1, 2, 7. *εἰ—πράττοιτο*] Priscian. l. c. 10, 82.

P. 14. annot. col. 1, v. 1. Plutarcho] *l.* Plutarcho. SCHN.

P. 15. 1, 1, 17. *προσβιβάζοντας*] Respicit Aristides vol. 2, p. 146. In praecedentibus autem pro *αὐτοὺς δεικνύντας τε* magis sane rationi consentaneum pronomen postpositum, ut Dobraeus volebat Adv. vol. 1, part. 2, p. 366, qui *δεικνύντας θ' αὐτοὺς* vel *δεικνύντας τε τοῖς μανθάνουσιν αὐτούς.*

P. 19. in var. scr. Weiskius] *l.* Schutzius.

P. 20. in var. scr. v. ult. *προηγορυμένα*] *l. προηγορευμένα.*

P. 21. annot. col. 1, v. 6 a fine sit] *l.* fit.

P. 24. in var. scr. v. ult. B.] add., qui *φαιδώνδης.* —annot. col. 1, v. 16. *ἐνιδεῖν πάθη*] *l. πάθη.* Eur. Iph. A. 4: *Μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄυπνον.*

P. 26. annot. col. 1, v. antepen. participiis] *l.* participio.—col. 2, v. 16. add. Menandri Sentent. sing. 528: *Φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.*

P. 27. 1, 2, 57. *ἐργάτας*] Haec exprimere videtur Dio Chrys. Or. 7, vol. 1, p. 259, ubi post alia: *Ὡς οὔτε καθ' Ἡσίοδον οὔτε καθ' ἡμᾶς ἐργάτην ἐσόμενον, ἄν τι μεταχειρίζηται τοιοῦτον.*

P. 33. annot. col. 1, v. 8. ante Eἰ add. 5. et 10. post 43. SCHN.—v. 17–21, pon. post v. 7, v. ult. autem deleto 5. pon. post v. 10.—col. 2. v. penult. *οἱ*] *l. αἱ.* *Τὰ ἀναπείθοντα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν* etiam Exc. var. Crameri Anecd. Ox. vol. 4, p. 253, 15.

P. 35. annot. col. 1, v. 4. Omissum *δὲ* etiam in Stobaei cod. Paris. A., (cujus quum ego paullo ante finem demum nactus sim accuratiorem quam apud Gaisfordum exstat collationem, cetera in Addendis notavi): ut nulla sit fides particulae, sed mea ab Stobaeo quoque confirmetur de hoc membro conjectura.

P. 44. 1, 4, 19. *οὐ μόνον τοὺς συνόντας ἐδόκει ποιεῖν, ὁπότε ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὁρῷντο, ἀπέχεσθαι τῶν ἀνοσίων, ἀλλὰ καὶ ὁπότε ἐν ἐρημίᾳ εἶεν.*] Exspectes *τοὺς συνόντας ἐδόκει ποιεῖν οὐ μόνον ὁπότε κ. τ. λ.*

P. 45. 1, 5, 1. *εἰ δὲ δὴ καὶ ἐγκράτεια καλόν τε κἀγαθὸν ἀνδρὶ κτῆμά ἐστιν, ἐπισκεψώμεθα εἴτι προυβίβαζε λέγων εἰς ταύτην τοιάδε*] Hic quoque exspectes *προυβίβαζεν εἰς ταύτην λέγων τοιάδε*, quum praepositione priori potius verbo opus sit quam alteri. Nihil autem vel his in libris frequentius vocabulis inversis et perversis.—annot. col. 1, v. 7. a fine formae] ponendum initio v. seq. Idem autem vitium quod est in cod. Clarom., Η pro Π posito, alium corrupit locum Euripidis, Ion. 559, ubi absurdum correctoris commentum *ἤ σοί γε γίγνεται* jam olim notavi, sed veram nunc demum indagavi scripturam, *ὅπερ σοι γίγνεται*, deleto *γε* et ex relicta de *ὅπερ* litera *η* restituto pronomine pro inepte posita particula.

P. 49. in var. scr. 6. A. Stob.] *l. μὲν* A. Stob.

P. 60. 2, 1, 18. *πίοι*] *πίοι ἂν* Mead.

P. 62. annot. col. 2, v. ult. add.: Justinum Mart. p. 96 A.

P. 64. in var. scr. v. 7. φίλοι A.] *l.* φίλοι A. Stob.—annot. col. 2, v. 16, πονεῖ] *l.* ποιεῖ.

P. 65. in var. scr. v. 1. ἐξαπατήσω etiam Stob. A.

P. 66. in var. scr. v. 1. αὕτη habet Stob. A.—v. penult. τὰς κλίνας] *l.* καὶ τὰς κλίνας.

P. 71. in var. scr. v. 3. Stob.] *l.* Stob., qui om. ἔφη.—v. 5. δαὶ] *l.* δέ.

P. 72. in var. scr. v. 1. Stob. A. sic: Οὐ δῆτα τοῦτό γε οὐκ οἶμαι, ἔφη.—v. 8. δὲ, non δαὶ, Stob. A.

P. 73. 2, 2, 14. εὖ σε] εὖ Stob. A., σοφίας addens post ἀπολήψεσθαι.

P. 76. 2, 3, 14. Χαιρεφῶντα] Huc respicit schol. Ven. Aristoph. Nub. 144, ad s. 18 Suidas v. Χαιρεφῶν.

P. 77. in var. scr. v. 1. γε om. A.] *l.* γε om. Stob.

P. 83. in var. scr. v. 6. ἂν om. B.] *l.* ἂν om. A.B. addit Stephaniana.

P. 96. annot. col. 2, v. 8. Sic] *l.* Sed.

P. 101. in var. scr. v. 7. dele σῇ.

P. 106. 3, 1, 11. ἑκάστῃ τῶν τάξεων] ἑκάστῳ, deleto utroque additamento τῶν τακτέων et τῶν ταγμάτων, Ernestus. Nec τάγμα est vocabulum Atticum. Τὸ μέρος ἕκαστον est in loco simili Cyrop. 8, 5, 15.

P. 107. 3, 2, 2. μόνον] Recipiendum μόνου.

P. 110. 3, 3, 9. εἰκὸς, ἔφη] εἰκός γε Stob. A.—v. 4. et Stob.] *l.* μάλα Stob.

P. 111. in var. scr. v. 2. ante ὠφελήσῃ add. 15.

P. 113. 3, 4, 8. προσήκειν] προσήκει Stob. A.

P. 114. 3, 5, 1. Huc respicit Libanius vol. 3, p. 53, 12.

P. 118. in var. scr. οὕτω] *l.* οὕτω post δέ.

P. 124. 3, 6, 10. προστατείας] Scribendum προστασίας, ut de verbo dixi ad 2, 8, 4, etsi προστατεία est etiam in Oecon. 2, 6. Sed etiam Thucydidis 2, 80 libri nonnulli deteriores προστατείᾳ inferunt pro altero, ut aliquoties προστατεία est apud Dionem Cassium, multo frequentius προστασία, quod unum ponunt Pollux et Harpocratio.—in var. scr. v. ult. B.] *l.* libri.

P. 127. 3, 7, 6. γναφέας] *l.* κναφέας.—annot. col. 2, v. 1. κναφέας] *l.* κναφεῖς. —3. κναφέων] *l.* κναφέων.—4. non Plato] *l.* non Lysias, apud quem constanter γναφεὺς, etsi hic quoque scripsisse videtur κναφεὺς, ut Plato.

P. 133. 3, 9, 5. καὶ δικαιοσύνη] καὶ ἡ δικαιοσύνη Mead.

P. 135. annot. col. 1, v. 3. εἰ δὲ, μὴ] *l.* εἰ δὲ μή.

P. 136. 3, 9, 14. ἡγοῦμαι] εἶναι addit Stob. A.

P. 147. annot. col. 1, v. 2. Maje] *l.* Male.

P. 151. 3, 14, 1. πολλοῦ ὀψωνοῦντες] Athenaeus 6, p. 274 C: Ὀψωνεῖν πλείονος τῶν δυεῖν δραχμῶν καὶ ἡμίσους οὐκ ἐπέτρεπε.

P. 152. 3, 14, 5. ἅμα πολλὰ ἐσθίον καὶ] Delenda suspicor, ut ex s. 6. repetita.—7. μήτε δυσεύρετα] Scribendum μηδέ. V. ad 2, 1, 12.

P. 153. in var. scr. v. 3. καὶ—μετ'] *l.* καὶ μετ'—.

P. 155. annot. col. 1, v. 10. εὖ] *l.* οὔτε.

P. 171. annot. col. 1, v. 12. φαι] *l.* φει.

P. 175. v. 1. ponendus initio p. 174, addito numero sectionis 3.

P. 176. in var. scr. v. 3. τὸ μὲν] *l.* τὸ μή.

P. 180. in var. scr. v. ult. *l.* σχολῇ B.

P. 183. 4, 5, 10. καὶ ἀγαθὸν] *l.* κἀγαθόν.

P. 185. in var. scr. v. 2. ante εἰδὼς add. 3.

P. 186. 4, 6, 6. οἶδας δέ τινας ἄλλα ποιεῖν Priscianus 18, 25, 243.

P. 201. annot. col. 1, v. 18. ad] *l.* ab.

P. 212. annot. col. 1, v. ult. *l.* ἕξομεν.

His jam absolutis nactus Stobaei Florilegii antiquissimi omnium codicis Escorialensis apud Millerum Catalogi p. 49 excerpta, quibus Parisini, de quo modo dixi, apographi A. varietas omnis ad nihilum redigitur, quatenus non Escorialensi confirmatur, sub uno illa conspectu posui sic ut omissis levioribus quibusdam vitiis ea tantum afferrem in quibus discrepat ab iis quae ego ex *Stob.* vel *cod. A.* annotavi.

P. 32. 1, 3, 6. et 7. κόρον] καιρὸν Esc.—πεινῶντας—διψῶντας] πεινῶντα—διψῶντα.

P. 33. 1, 3, 8. τῶν τοιούτων] τὸν τοιούτων inter versus.

P. 48. 1, 6, 6. κωλύωνται πορεύεσθαι] κωλύωνται τοῦ πορεύεσθαι.

P. 50. 1, 6, 13. κἀγαθὸν] καὶ ἀγαθόν.

P. 51. ibid. ποιεῖται] ποιῆται.—1, 6, 14. καὶ ἐάν] καὶ ἄν, ut libri infra, unde bis scribendum aut κἂν aut καὶ ἐάν.

P. 60. 2, 1, 18. ἐλπίδι] bis ἐλπίδι, ut 2, 1, 27; 4, 2, 28.

P. 61. 2, 1, 19. χειρώσονται] sic.—καὶ τὸν] sic.—ἑαυτοὺς] αὐτούς.—2, 1, 20. σώματι] σώματος.—κἀγαθῶν] καὶ ἀγαθῶν.

P. 63. 2, 1, 22. εὐπρεπῆτε] sic. ἐλευθέριον] sic.—τὴν δ' ἑτέραν] τὴν δέ γε ἑτέραν.—χρῶμα] sic.—λευκοτέραν τε] sic.—ἐπισκοπεῖν] ἐπισκοπεῖσθαι.—ἑαυτῆς] sic.—23. ἐπὶ τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥάστην.

P. 65. 2, 1, 27. ἐξαπατήσω] sic.—28. εἴτε γῆν] εἰ τὴν γῆν.—29. καὶ ἡ Κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν] καὶ τὴν Κακίαν ὑπολαβοῦσαν εἰπεῖν.

P. 66. ibid. αὕτη] habet.—30. ἐμπίμπλασαι] ἐνπίνπλασαι.—πολυτ. παρασκευάζει] πολυτ. παρασκευάζῃ.

P. 67. 2, 1, 31. σεαυτῆς] sic.—οὐδὲν γὰρ πώποτε] sic.—32. ἀνθρώπινον] ἀνθρώπειον.

P. 68. 2, 1, 32. παρ'] παρά.—παραστάτις] sic.—θεοῖς ὄντες] ὄντες θεοῖς.—ὅταν δ'] ὅταν δὲ δή.—33. τοκέων] sic.—μακαριστοτάτην] sic.

P. 131. 3, 9, 1. πάλιν δὲ] sic.—ἀνδρεία] sic, item p. 132. 2.—εἴη] habet.

P. 132. 3, 9, 1. ὁρῶ γὰρ] sic.

P. 135. 3, 9, 14. εὐπραξία] sic.—νομίζοι] νομίζει.

P. 136. ibid. τύχην καὶ πρᾶξιν ἡγοῦμαι] πρᾶξιν καὶ τύχην ἡγοῦμαι εἶναι.

P. 153. 4, 1, 1. ὥστε—αἰσθανομένῳ] ὥστε τῷ σκοπουμένῳ τε καὶ μετρίως αἰσθομένῳ, omissis tum ὅτι—ἐκεῖνον. Et quanquam Stobaei omittentis saepe integra membra non major est auctoritas quam servantis ex margine illata, ut dixi in praefatione, hic tamen quae omittit, non injuria jam Weiskio inde ab illis ἐπεὶ καὶ τὸ ἐκείνου μεμνῆσθαι male visa sunt interponi. Ac facile credam quarti quoque libri exordium, quod parum congruit cum iis quibus praefigitur, ut de secundi et tertii exordiis dixi in praefatione, aliter fuisse conformatum a Xenophonte.—πάντων] τούτων.

P. 154. 4, 1, 3. εἶναι] servat, ut τε.—ἀδάμαστοι] sic.—γιγνομένους] γινομένας.

P. 159. 4, 2, 11. ἔφη] sic.—12. ὁ Εὐθύδημος] Εὐθύδημος.—τοιαῦτα ὁρᾶν] ὁρᾶν τε τὰ τοιαῦτα.—13. δοκεῖ ἔφη] ἔφη δοκεῖ.

P. 160. 4, 2, 14. θῶμεν τοῦτο] θῶ τοῦτο.—δῆλον ἔφη] δῆλον.—τί δὲ] τί δαί.—15. δ'] δαί.—δ'] δαί.—16. ὁ Εὐθύδημος] omittit.

P. 161. 4, 2, 17. δ'] δαί.

P. 162. 4, 2, 21. δὲ] δαί.

P. 163. ibid. ταὐτὰ] ταῦτα.

P. 164. 4, 2, 28. ἔνδοξοι] εὔδοξοι.—29. ζημιοῦνταί τι] ζημιοῦνται, qui omittit 30. οὕτως ἴσθι—32. κακά.

P. 165. 4, 2, 32. ταῦτα] sic.

P. 177. 4, 4, 14. πρᾶγμ'] πρᾶγμα, quod restituendum.

P. 178. 4, 4, 17. παρακαταθέσθαι] sic.—φίλος εἶναι βούλοιτο] sic.

P. 180. 4, 4, 24. δὲ] δαί.

P. 181. 4, 5, 3. ἐλευθέριον] sic.

P. 183. 4, 5, 8, καὶ τῶν, quod recipiendum, servato τὸ ante αἴτιον.—10. τῶν τοιούτων] sic.

P. 187. 4, 6, 10. ἀνδρείαν bis

P. 188. ibid. Δία] Δί'.—11. αὐτοῖς] non post hoc, sed post ἕκαστοι addit ἑκάστοις.

P. 212. 25. εἶναι] servat.

SUMMARIA.

LIB. I.

Crimini primo Socrati objecto respondetur ita ut Socratem neque contemtorem patriorum deorum neque novorum auctorem fuisse doceatur (c. 1.) Crimini alteri occurritur et demonstratur Socratem juventutem et discipulos non corrupisse (c. 2.) Dehinc docetur Socratem et verbis et factis totaque vita talem fuisse ut et ipse honeste viveret et alios ad honestatis studium excitaret: primum igitur precando, sacrificando et deorum voluntate exploranda rectum fuisse deorum cultorem; deinde in cibo, potu venereque temperantiae studuisse (c. 3.) Deos esse atque hominibus consulere demonstratur (c. 4.) Temperantia commendatur (c. 5.) Antiphontem sophistam objicientem sibi victum habitumque tenuem et gratis docendi consuetudinem refellit Socrates (c. 6.) Quomodo Socrates ab jactantia averterit homines (c. 7.)

LIB. II.

Socratis de voluptate et temperantia cum Aristippo Cyrenaeo disputatio (c. 1.) Lamproclem filium matri iratum placat et pietatis caussas docet (c. 2.) Fratres invicem sibi iratos placat, et concordiam commendat Socrates (c. 3.) De amicitiae pretio (c. 4.) Explorare se quemque quanti ab amicis aestimari possit, et ut magni aestimetur, elaborare debere (c. 5.) De amicis cum deligendis tum conciliandis (c. 6.) Quomodo amicorum inopiae et angustiis occurrere debeamus et consilio et opera, docetur dehinc usque ad finem libri; hoc vero capite exemplo colloquii cum Aristarcho habiti (c. 7.) Eutherum mercede operam locantem ad convenientius vitae genus eligendum hortatur (c. 8.) Critonem a sycophantis tutum reddit (c. 9.) Amicorum indigentiae occurrendum esse beneficiis docet (c. 10.)

LIB. III.

Quid et quantum imperatori sit scire necessarium Socrates docet (c. 1.) Ostenditur summum imperatoris officium esse eos quibus praesit reddere beatos (c. 2.) Cuidam praefecto equitum creato demonstrat Socrates in officio ejus esse ut et equos et equites meliores efficiat (c. 3.) Socrates docere conatur bonum choragum et oeconomum posse etiam esse bonum imperatorem (c. 4.) De revocandis ad pristinam fortitudinem et felicitatem Atheniensibus (c. 5.) Glauconem imperitum adolescentem a capessenda republica avertit Socrates (c. 6.) Charmidem verecundantem ad capessendam rempublicam cohortatur Socrates (c. 7.) Captiosis Aristippi quaestionibus de bono et pulcro respondet Socrates (c. 8.) Sententiae Socratis variae de fortitudine, de sapientia, de temperantia aliisque virtutibus et rebus (c. 9.) Cum artificibus de ipsorum arte disserit, atque ita prodesse iis studet Socrates (c. 10.) Cum Theodote meretrice de arte amatorum alliciendorum confabulatur Socrates (c. 11.) De bona valetudine, firmitate et robore corporis per exercitia

gymnastica quaerendis (c. 12.) Varia Socratis commemorantur apophthegmata (c. 13.) Sermones Socratis convivales frugalitatem commendant (c. 14.)

LIB. IV.

Exponit artes varias quibus Socrates juvenes alliciebat, eorumque ingenia diversamque indolem tentabat, explorabat, et disciplina sua ad virtutem capessendam formatos excitabat omnes (c. 1.) Continuat narrationem antecedentis capitis exemplo Euthydemi, quem sapientiae suae opinione inflatum tam diu interrogando versat Socrates, donec confiteatur omnium se illarum rerum quas antea callere existimaverat esse plane ignarum (c. 2.) Socrates non prius ad rempublicam juvenes aut quamcunque artem capessendam incitandos esse statuebat quam eorum animus fuisset praeceptis ad virtutem formatus, cujus fundamentum sit pietas erga deos. Igitur Euthydemum docet hoc capite deos hominibus consulere et propterea colendos esse (c. 3.) Juris civilis et naturalis fontes et caussas aperit Socrates cum Hippia sophista disputans (c. 4.) Intemperantiae mala ostenduntur (c. 5.) Artem bene et recte de re quacumque proposita disserendi docet familiares suos Socrates (c. 6.) Demonstrat Socrates quid et quantum in arte quaque, velut geometria, astronomia, arithmetica, medica, discendum sit, adeo ut quaestionibus intellectu difficilibus usuque inanibus neglectis, eas res tantum cognoscere jubeat quae ad vitam domesticam civilemque recte instituendam gerendamque pertinent (c. 7.) Demonstratur Socratem capitali judicio condemnatum minime mendacii de daemonio sibi significante, si quid sit omittendum aut faciendum, coargui. Ad extremum fit brevis repetitio argumentorum quae per hos commentarios sunt tractata (c. 8.)

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α.

1 ΠΟΛΛΑ΄ΚΙΣ ἐθαύμασα τίσι ποτὲ λόγοις Ἀθηναίους ἔπεισαν οἱ γραψάμενοι Σωκράτη ὡς ἄξιος εἴη θανάτου τῇ

Ἀπομνημονεύματα] Libri ἀπομνημονευμάτων. 1. σωκράτη] Libri σωκράτην, στ΄ A. σωκράτη scholion Ald. Aristoph. Nub. 247, sed omissum in codicibus. σωκράτην, qui πολλάκις—διαφθείρων citat, Aristides Art. rh. Walz. Rhett. vol. 9, p. 421, 3, et qui—πόλει Longinus Art. rhet. ib. p. 565, 9; p. 141, 21 ed. Bak., et qui—s. 4 ἐνόμιζε Gregor. Cor. vol. 7, p. 1192, 24.

Ἀπομνημονεύματα] Dionysius A. rh. 9, 12, p. 358, 4: Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν ὡς ἀπολογούμενος ὑπὲρ Σωκράτους ἐγκώμιον Σωκράτους περαίνει· ἔργον δ' αὐτοῖς ἐστι καὶ πολλὰς ὑποθέσεις ὁμοῦ συμπλέκειν. Cicero N. D. 1, 12, 31: "Xenophon in iis quae a Socrate dicta retulit." Gellius N. A. 14, 14, 5: "Xenophon in libris quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit." Σωκρατικῶν Ἀπομνημονευμάτων in Stob. Append. Flor. vol. 2, p. 751 Gaisf., ut Σωκράτους Ἀπομνημονευμάτων inscribit Paris. C. Ineptam in libros divisionem norat jam Athenaeus, quanquam ex libro secundo citans quae nunc quidem leguntur in primo, et ex secundo quae nunc in tertio. Galenus vol. 12, p. 288 Chart.: Καίτοι τινὲς εἰς τοσοῦτον ἥκουσι σοφίας ὥστε τοῦ Ξενοφῶντος Οἰκονομικῶν (—οῦ) μνημονεύειν οἰόμενοι μαρτυρεῖν αὐτοῖς ἔθος εἶναι τοῖς παλαιοῖς ἐν ἀρχῇ λόγου χρῆσθαι τῷ δὲ συνδέσμῳ διὰ τοῦτό φασιν ἄρχεσθαι τὸν Ξενοφῶντα τοῦ συγγράμματος οὕτως· Ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ, φησὶ, καὶ περὶ οἰκονομίας τοιάδε διαλεγομένου, μὴ γιγνώσκοντες ὅτι τὸ βιβλίον τοῦτο τῶν Σωκρατικῶν ἀπομνημονευμάτων ἐστὶ τὸ ἔσχατον.

1. Πολλάκις ἐθαύμασα] Idem initium Isocratis Panegyrici, simile Theophrasti Characterum.

τίσι πότε λόγοις ἔπεισαν] Anab. 2, 6, 4: Ὁποίοις μὲν λόγοις ἔπεισε Κῦρον ἄλλῃ γέγραπται.

οἱ γραψάμενοι] V. Diogenis Vita Socratis s. 39, 40 et annot.

Σωκράτη] Abolitam fere in libris Atticorum in prosa inde a Thucydide usque ad Oratores formam accusativi in η nominum in ης, sed tamen aliquoties servatam etiam apud Xenophontem, ut in hoc ipso nomine in nonnullis 1, 2, 17; 3, 8, 1; Conviv. 1, 3, 7, et alibi in aliis, saepius in libris optimis Platonis et Oratorum, quam-

πόλει. ἡ μὲν γὰρ γραφὴ κατ' αὐτοῦ τοιάδε τις ἦν· ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων.

2 Πρῶτον μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐνόμιζεν οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ; θύων τε γὰρ φανερὸς ἦν πολλάκις μὲν οἴκοι, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῶν κοινῶν τῆς πόλεως βωμῶν, καὶ μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν· διετεθρύλητο γὰρ ὡς φαίη Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν· ὅθεν δὴ καὶ μάλιστά μοι δοκοῦσιν αὐτὸν αἰ-

ἀδικεῖ — διαφθείρων Hermog. vol. 3, p. 412, 21. καινὰ] τινὰ A. ξένα schol. Aristoph., qui εἰσάγων. 2. πολλάκις δὲ] πολλάκις δὲ καὶ A. διετεθρύλλητο codices. Simplici λ Junt. et Ald. ὡς] ὡς ἂν in fine versus, sed ut ἂν m. pr. videatur potius quam postea additum, B. ἑαυτῷ] α' τῷ B. extrito v. αὐτὸν αἰτιάσασθαι rescripta in loco detrito B.

vis perpetuo inter utramque fluctuantibus, constanter servarunt papyri Hyperidei, qui Λεωσθένη in Epitaphio v. 16, 133, 183, 203, Δημοσθένη Contra Demosth. col. xiv, Διοπείθη et Φιλοκράτη Pro Euxenippo col. xxxix. Verissime de forma in ην Atticis illata sic ut vel Aristophanis libri optimi non solum Σωκράτην, sed Nub. 355 vel contra metrum inferant: Καὶ νῦν ὅτι Κλεισθένην εἶδον, ὁρᾷς, διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες, judicavit Elmslejus ad Marklandi Supplices 928, *Quarterly Review* vol. 14, p. 453 s. Neque Atticis tantum perperam illatum ην pro η, sed etiam plurimis recentiorum, apud quos in uno Εὐμένη constanter fere servatum η, quod accentus Εὐμενῆ, quo uti solent librarii, ν excluderet. Apud Plutarchum, cujus libri plerumque ην, raro η, hoc ubique esse restituendum ostendit quod nunquam sequitur vocalis.

ἡ μὲν γὰρ γραφὴ κατ' αὐτοῦ τοιάδε τις ἦν] Ita si scripsit Xenophon, conjungenda κατ' αὐτοῦ ἦν. Alioqui scribendum foret ἡ κατ' αὐτοῦ, ut Platon. Euthyphr. p. 5 A: Πρὸ τῆς γραφῆς τῆς πρὸς Μέλητον. Ambigue Plato Leg. 12, p. 941 A: Γραφαὶ κατὰ τούτων ἔστων. Apud Hyperidem Pro Lycophr. col. 15, 21: Ὡς ψευδεῖς κατ' ἐμοῦ αἰτίαι εἰσὶν, articulum inseruerunt editores ante αἰτίαι, qui adest col. 2, 3: Ἔργῳ μεμαρτυρήκασιν αὐτοὶ ὡς ψευδής ἐστιν ἡ αἰτία κατ' ἐμοῦ, etsi magis rationi consentaneum αἱ κατ' ἐμοῦ αἰτίαι et ἡ αἰτία ἡ κατ' ἐμοῦ vel ἡ κατ' ἐμοῦ αἰτία. Cum verbo Xen. Apolog. s. 25: Οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἀντίδικοι τούτων πρᾶξαί τι κατ' ἐμοῦ φασιν.

2. ποίῳ—οἴκοι] De his vocabulis mirabilis est Heraclidis apud Eustathium Od. p. 1907, 49 notatio: Ἔτι ἰστέον ὅτι τῆς ὑστέρας Ἀτθίδος ἐστὶ τὸ ποῖοι· ἡ γὰρ ἀρχαία ἑτεροίαν ἐδίδου παράληξιν τῇ τοιαύτῃ λέξει, ὡς καὶ Ἡρακλείδης δηλοῖ, ἔνθα λέγει τοὺς Ἀττικοὺς τὴν οι δίφθογγον εἰς τὴν ει μεταποιεῖν, τὸ δυοῖν λέγοντας δυεῖν καὶ τὸ οἴκοι οἴκει καὶ τὸ ποῖος πεῖος. Et δυεῖν quidem satis notum, neque οἴκει solus custodivit Heraclides, ut ostendunt quae de illo tanquam a Menandro usurpato dicta sunt ad Thesaurum Stephani. Sed πεῖος ab aliis non vidi memoratum, nedum ut haec omnia veteribus Atticis sint inferenda.

οἴκοι] ἐν αὐλῇ, ubi sacra privata fiebant, ut Plato Reip. 1, p. 328 C, de Cephalo: Τεθυκὼς ἐτύγχανεν ἐν τῇ αὐλῇ. SCHN. Origenes vol. 1, p. 698 B: Καὶ τάχα οὐ τοσοῦτον διὰ φιλοσοφίαν ἀνδρῶν εἶπεν αὐτὸν (Socratem Apollo) ἁπάντων σοφώτατον ὅσον διὰ τὰς θυσίας καὶ ἃς προσήνεγκε κνίσας αὐτῷ τε καὶ τοῖς λοιποῖς δαίμοσι. Conf. autem cum his Apolog. s. 11. s.

δαιμόνιον] V. Schneideri Index et Grot. Histor. vol. 1, p. 562 seqq.

3 τιάσασθαι καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν. ὁ δ᾽ οὐδὲν καινότε-
ρον εἰσέφερε τῶν ἄλλων, ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες οἰωνοῖς
τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις. οὗτοί
τε γὰρ ὑπολαμβάνουσιν οὐ τοὺς ὄρνιθας οὐδὲ τοὺς ἀπαν-
τῶντας εἰδέναι τὰ συμφέροντα τοῖς μαντευομένοις, ἀλλὰ
τοὺς θεοὺς διὰ τούτων αὐτὰ σημαίνειν, κἀκεῖνος δὲ οὕτως
4 ἐνόμιζεν· ἀλλ᾽ οἱ μὲν πλεῖστοί φασιν ὑπό τε τῶν ὀρνίθων
καὶ τῶν ἀπαντώντων ἀποτρέπεσθαί τε καὶ προτρέπεσθαι·
Σωκράτης δ᾽ ὥσπερ ἐγίγνωσκεν, οὕτως ἔλεγε· τὸ δαιμό-
νιον γὰρ ἔφη σημαίνειν. καὶ πολλοῖς τῶν συνόντων προη-
γόρευε τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν, ὡς τοῦ δαιμονίου
προσημαίνοντος. καὶ τοῖς μὲν πειθομένοις αὐτῷ συνέφερε,
5 τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις μετέμελε. καίτοι τίς οὐκ ἂν ὁμολο-
γήσειεν αὐτὸν βούλεσθαι μήτ᾽ ἠλίθιον μήτ᾽ ἀλαζόνα φαί-
νεσθαι τοῖς συνοῦσιν; ἐδόκει δ᾽ ἂν ἀμφότερα ταῦτα, εἰ
προαγορεύων ὡς ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα ψευδόμενος ἐφαίνετο.
δῆλον οὖν ὅτι οὐκ ἂν προύλεγεν, εἰ μὴ ἐπίστευεν ἀλη-
θεύσειν. ταῦτα δὲ τίς ἂν ἄλλῳ πιστεύσειεν ἢ θεῷ; πι-
6 στεύων δὲ θεοῖς πῶς οὐκ εἶναι θεοὺς ἐνόμιζεν; ἀλλὰ μὴν

3. *καινότερον*] *καινὸν* B., manu recentiori quidem, sed multo antiquiori quam quae s. 1. *αι* super *κενὰ*, suprascripto *γρ. καινότερον*. *τε* om. A. *καὶ φήμαις*] *φήμαις τε* A. *κἀκεῖνος δὲ* A. *κἀκεῖνος* B. 4. *ὥσπερ ἐγίγνωσκεν*] *ὡς ἐγίνωσκεν* A. *ἐγίνωσκεν* etiam B.C., ut infra aliquoties, de quo semel dixisse sufficit. Nec *γίνεσθαι* notatum, nisi ubi ad *γεν–* referri possit. *συνόντων*] Libri *ξυνόντων*. 5. *φαινόμενα καὶ ψευδόμενος* B. *φαινόμενα, ψευδόμενος*, evanido *και*, sed relicto tenui vestigio accentus A. *φαινόμενα καὶ οὐ ψευδόμενος* C. *καὶ οὐ* punctis infra positis notatum in Veneto Marciano n. 511. *προύλεγεν*] Libri *προέλεγεν*. *ἀληθεύσειν*] *ἀληθεύειν* B. *θεοῖς—θεοὺς*] *θεῷ—θεὸν* A., quod non mirum in codice, qui praeterea nihil nisi Canones, Constitutiones et alia hujus generis habet eadem manu scripta.

3. *φήμαις—συμβόλοις*] V. Index.

4. *συνόντων*] Alienum a Xenophonte *ξὺν* notavi praef. ad Anab. p. viii.

τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν] Plato daemonii significationem impulisse Socratem negat, revocasse contra affirmat, Apolog. p. 31 D: *Φωνή τις γιγνομένη· ἣ ὅταν γένηται, ἀεὶ ἀποτρέπει με τούτου ὃ ἂν μέλλω πράττειν, προτρέπει δὲ οὔποτε.* Quae dissensio ita mihi tolli posse videtur, ut dicamus, quotiescunque divina illa vox Socratem non revocaverit a consilio rei suscipiendae, potuisse pro consensu et comprobatione silentium accipi. SCHN. V. Cicero ad s. 9 cit.

5. *προύλεγεν*] Ita, non *προέλεγεν*, scripsisse Xenophontem dixi ad Cyrop. 2, 4, 18. Eadem librariorum temeritas cernitur apud recentiores, velut Polybium et Dionem Chrys., semper dicentes *πρου*, non modo *πρου* modo *προε*, ut libri.

οὐκ εἶναι θεοὺς] Ita enim Meletus aliique interpretabantur opinionem illorum, qui de publica religione aliter sentiebant quam vulgus. Quaerenti itaque Socrati in Apologia Platonica p. 26 C: *Ἦ παντάπασί με φὴς οὔτε αὐτὸν νομίζειν θεοὺς τούς τε ἄλλους ταῦτα διδάσκειν*; respondet Meletus: *Ταῦτα λέγω, ὡς τοπαράπαν οὐ νομίζεις θεούς.* SCHN.

ἐποίει καὶ τάδε πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους. τὰ μὲν γὰρ ἀναγκαῖα συνεβούλευε καὶ πράττειν, ὡς ἐνόμιζεν ἄριστ' ἂν πραχθῆναι· περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο μαν-
7 τευσομένους ἔπεμπεν, εἰ ποιητέα· καὶ τοὺς μέλλοντας οἴκους τε καὶ πόλεις καλῶς οἰκήσειν μαντικῆς ἔφη προσδεῖσθαι· τεκτονικὸν μὲν γὰρ ἢ χαλκευτικὸν ἢ γεωργικὸν ἢ ἀνθρώπων ἀρχικὸν ἢ τῶν τοιούτων ἔργων ἐξεταστικὸν ἢ

6. ἀδήλων] ἄλλων B., correctus supra v. m. r. pr.

6. *πρὸς τοὺς ἐπιτηδείους*] In consuetudine cum amicis et discipulis hunc tenuit morem. SCHN.

ἀναγκαῖα] Quae necessario sunt agenda quocunque eventu. Sequens *καὶ πράττειν* Bessario vertit *dicere ac facere*. Similem usum copulae Heindorfius adstruit locis Xenophontis Cyrop. 1, 6, 5: *Παρέχοντας οὖν ἑαυτοὺς οἵους δεῖ, οὕτως ἡμῖν ἐδόκει δεῖν καὶ αἰτεῖσθαι τὰ ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν.* Plato Leg. p. 667 C. Conf. viri docti annot. ad Cratyli §. 3. Herodotus 1, 79: *Ὡς δέ οἱ ταῦτα ἔδοξε, καὶ ἐποίει κατὰ τάχος.* SCHN.

ὡς ἐνόμιζεν] Leonclavii [Bessarioni tribuentis] conjecturam *ἐνόμιζον* recepit Ernestus: sed oportuisse scriptum *νομίζοιεν* recte monuit Weiskius. SCHN. Id ipsum per praecedens *ἐνόμιζεν* in alterum est depravatum. Sed etiam *ἔπεμπεν* in *πέμπειν* mutandum. Non magis enim Socrates semper affuit illis *τὰ ἀναγκαῖα* agentibus, *αὐτάρκεις εἶναι ἐν ταῖς προσηκούσαις πράξεσιν*, ut est 4, 7, 1, volens, quam ipse eos ad oracula misit, sed utrumque in universum suasit, ut est ib. 7, *συνεβούλευε μαντικῆς ἐπιμέλεσθαι*, et quanquam consilio alios juvit, ut est ib. 1, *ὅτι μὲν αὐτὸς εἰδείη, πάντων προθυμότατα ἐδίδασκεν*, inepte tamen diceretur aliis *suasisse* ut agerent quomodo non illi, sed ipse optimum judicaret, ut bene sensit Ernestus. Simillimus est locus Polybii Exc. Vatic. 37, 4, 3: *Διόπερ εἰκότως περὶ τῶν τοιούτων, (ὧν οὐκ εὐμαρὲς τὴν αἰτίαν εὑρεῖν), ἀκολουθοῦντες ταῖς τῶν πολλῶν δόξαις διὰ τὴν ἀπορίαν ἱκετεύοντες καὶ θύοντες ἐξιλασκόμενοι* (nisi legendum *ἐξιλασόμενοι*) *τὸ θεῖον πέμπομεν ἐρησόμενοι τοὺς θεοὺς τί ποτ' ἂν ἢ λέγουσιν ἢ πράττουσιν ἡμῖν ἄμεινον εἴη καὶ γένοιτο παῦλα τῶν ἐνεστώτων κακῶν· ὧν δὲ δυνατόν ἐστι τὴν αἰτίαν εὑρεῖν, ἐξ ἧς καὶ δι' ἣν ἐγένετο τὸ συμβαῖνον, οὔ μοι δοκεῖ τῶν τοιούτων δεῖν ἐπὶ τὸ θεῖον ποιεῖσθαι τὴν ἀναφοράν·* (addit exemplum) *εἴ τις οὖν περὶ τούτου συνεβούλευσεν εἰς θεοὺς πέμπειν ἐρησομένους τί ποτ' ἂν ἢ λέγοντες ἢ πράττοντες πλείονες γιγνοίμεθα καὶ κάλλιον οἰκοῖμεν τὰς πόλεις, ἆρ' οὐ μάταιος ἂν ἐφαίνετο τῆς αἰτίας προφανοῦς ὑπαρχούσης καὶ τῆς διορθώσεως ἐν ἡμῖν κειμένης;* Et Xenophontis Vectig. 6, 2: *Εἴ γε μὴν ταῦτα δόξειεν ὑμῖν πράττειν, συμβουλεύσαιμ' ἂν ἔγωγε πέμψαντας καὶ εἰς Δωδώνην καὶ εἰς Δελφοὺς ἐπερέσθαι τοὺς θεοὺς εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη τῇ πόλει οὕτω κατασκευαζομένῃ.* Hyperides Pro Euxenippo col. 28, 16: *Εἰ δὲ, ὥσπερ νυνὶ λέγεις, ἡγοῦ αὐτὸν καταψεύσασθαι τοῦ θεοῦ,— οὐ ψήφισμά σε ἐχρῆν πρὸς τὸ ἐνύπνιον γράφειν, ἀλλ' ὅπερ ὁ πρότερος ἐμοῦ λέγων εἶπεν, εἰς Δελφοὺς πέμψαντα πυθέσθαι παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν ἀλήθειαν.* Et quem Schneiderus confert Herodotus 1, 46: *Ταῦτα μέν νυν τὰ Ἑλληνικὰ μαντήια, ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κροῖσος*, nisi hic quoque scribendum *μαντευσομένους*, ut sequitur *ἀπέστειλε ἄλλους χρησομένους*, et 1, 85, libri plerique *χρησομένους* pro *–ος*, et apud Polybium l. c. *ἐρησομένους* conjecit Heysius, et hic *μαντευσάμενος* Pith.

ὅπως ἀποβήσοιτο] V. 1, 3, 2. SCH:

εἰ ποιητέα] Conf. Xenophontis de se ipso et Socratis sibi dato consilio narratio Anab. 3, 1, 5–7.

7. *ἢ τῶν τοιούτων ἔργων ἐξεταστικὸν*] Haec commodius statim post *γεωργικὸν* posita legi censet Weiskius, quoniam *ἔργα* magis proprie sint fabrorum et agricolarum, quam regum aut magistratuum. *ἐξεταστικὸς* ita est Oecon. 12, 19. SCHN. *Πάντα τὰ τοιαῦτα* autem additum ut *παντὶ τρόπῳ* apud Thucyd. 4, 48.

λογιστικὸν ἢ οἰκονομικὸν ἢ στρατηγικὸν γενέσθαι, πάντα
τὰ τοιαῦτα μαθητὰ καὶ ἀνθρώπου γνώμῃ αἱρετὰ ἐνόμιζεν
8 *εἶναι· τὰ δὲ μέγιστα τῶν ἐν τούτοις ἔφη τοὺς θεοὺς ἑαυ-*
τοῖς καταλείπεσθαι, ὧν οὐδὲν δῆλον εἶναι τοῖς ἀνθρώποις.
οὔτε γὰρ τῷ καλῶς ἀγρὸν φυτευσαμένῳ δῆλον ὅστις καρ-
πώσεται, οὔτε τῷ καλῶς οἰκίαν οἰκοδομησαμένῳ δῆλον
ὅστις ἐνοικήσει, οὔτε τῷ στρατηγικῷ δῆλον εἰ συμφέρει
στρατηγεῖν, οὔτε τῷ πολιτικῷ δῆλον εἰ συμφέρει τῆς πό-
λεως προστατεῖν, οὔτε τῷ καλὴν γήμαντι, ἵν' εὐφραίνηται,
δῆλον εἰ διὰ ταύτην ἀνιάσεται, οὔτε τῷ δυνατοὺς ἐν τῇ
πόλει κηδεστὰς λαβόντι δῆλον εἰ διὰ τούτους στερήσεται
9 *τῆς πόλεως. τοὺς δὲ μηδὲν τῶν τοιούτων οἰομένους εἶναι*
δαιμόνιον, ἀλλὰ πάντα τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης, δαιμονᾶν
ἔφη· δαιμονᾶν δὲ καὶ τοὺς μαντευομένους ἃ τοῖς ἀνθρώ-
ποις ἔδωκαν οἱ θεοὶ μαθοῦσι διακρίνειν, οἷον εἴ τις ἐπερω-
τῴη πότερον ἐπιστάμενον ἡνιοχεῖν ἐπὶ ζεῦγος λαβεῖν κρεῖτ-
τον ἢ μὴ ἐπιστάμενον, ἢ πότερον ἐπιστάμενον κυβερνᾶν
ἐπὶ τὴν ναῦν κρεῖττον λαβεῖν ἢ μὴ ἐπιστάμενον, ἢ ἃ ἔξε-
στιν ἀριθμήσαντας ἢ μετρήσαντας ἢ στήσαντας εἰδέναι,
τοὺς τὰ τοιαῦτα παρὰ τῶν θεῶν πυνθανομένους ἀθέμιτα
ποιεῖν ἡγεῖτο. ἔφη δὲ δεῖν ἃ μὲν μαθόντας ποιεῖν ἔδωκαν
οἱ θεοὶ μανθάνειν, ἃ δὲ μὴ δῆλα τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ πει-
ρᾶσθαι διὰ μαντικῆς παρὰ τῶν θεῶν πυνθάνεσθαι· τοὺς
θεοὺς γὰρ οἷς ἂν ὦσιν ἵλεῳ σημαίνειν.

7. *λογιστικὸν*] *λογικὸν* B., *στι* supra v. ead., ut videtur, m. *μαθητὰ—αἱρετὰ*] Libri *μαθήματα—αἱρετέα*. 8. *τοι* om. B., *τῷ* A., *γάρτοι*, et *γρ. τῷ* mg. ead. m. C. *ἐνοικήσει* A. *ἐν οἰκήσει*, in marg. addito *ἐν* ab antiquiori m. sec., B. *συμφέρει*] *συμφέροι* bis B. *στερήσεται τῆς πόλεως*] *τῆς πόλεως στερήσεται* B. 9. *τῶν τοιούτων*] *τοιοῦτον* A. *ἡνιοχεῖν—ἐπιστάμενον* om. A. *κρεῖττον* inter versus B. *ἀθέμιστα* A. *στ* rubricator in *τ* mutavit in B. *ἀθέμιτα* alii plures. *ἂν*] om. B., qui *οἷς ὦσιν ἵλεω* repetit in mg. m. sec. antiquiori.

μαθήματα] *μαθητὰ*, (ut masc. *μαθητῶν* in *μαθημάτων* corruptum apud Stob. Append. Flor. p. 202,97 Meinek. correxit Pflugkius) Cobetus Nov. Lect. p. 647.

αἱρετὰ pro *αἱρετέα* Schneiderus, ut *καθαιρετέον* ego apud Thucyd. 1, 121 scripsi *καθαιρετόν*.

9. *τὴν ναῦν*] *ναῦν* Hirschig. Philol. 4, p. 362.

ἀθέμιτα] De forma hac v. ad Cyrop. 1, 6, 6, de constructione hujus membri, quo repetitur quod initio positum erat, ad ejusd. 1, 1, 1.

οἷς ἂν ὦσιν ἵλεῳ] Occurritur ita illis, qui non omnibus aeque hominibus significari a diis futura querebantur. Hoc est, quod ait Cicero de Divinatione 1, 54: "Castus animus purusque vigilantis et ad astrorum et ad avium reliquorumque signorum et ad extorum veritatem est paratior. Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus—esse divinum quiddam, quod daemonion appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, saepe revocanti." SCHN.

10 Ἀλλὰ μὴν ἐκεῖνός γε ἀεὶ μὲν ἦν ἐν τῷ φανερῷ· πρῴ τε
γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους καὶ τὰ γυμνάσια ᾔει καὶ πληθού-
σης ἀγορᾶς ἐκεῖ φανερὸς ἦν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀεὶ τῆς ἡμέρας
ἦν ὅπου πλείστοις μέλλοι συνέσεσθαι· καὶ ἔλεγε μὲν ὡς
11 τὸ πολύ, τοῖς δὲ βουλομένοις ἐξῆν ἀκούειν. οὐδεὶς δὲ πώ-
ποτε Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβὲς οὐδὲ ἀνόσιον οὔτε πράττον-
τος εἶδεν οὔτε λέγοντος ἤκουσεν. οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν
πάντων φύσεως ᾗπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι διελέγετο
σκοπῶν ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος
ἔχει καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται τῶν οὐρανίων,
ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἀπε-

10. *πρῴ*] Libri *πρωί.* *τοὺς*] *τ'* A. *μέλλοι*] *μέλλ"* A. 11. *σωκράτους* inter versus m. sec. B. *οὐδὲ ἀν.*] *οὐδὲν ἀν.* B. Isidorus Pel. Ep. 5, 202, p. 620 B–D, citans s. 11–13, et nonnulli Eusebii Praep. ev. 1, p. 25 D, *οὐδεὶς—ἀπεδείκνυε*, deinde s. 14 citantis, *οὔτε* omnes 15, p. 853 A, *οὐδεὶς*—s. 16, *μανία* citantis. *περὶ*] *ὑπὲρ*, et supra v. ead., ut videtur, m. *γρ. περὶ* B. *πάντων*] *ἁπάντων* omnes Eusebii loco priori, plerique altero, ubi servat quod priori om. *τῶν*. Alias immemorabiles librorum ejus varietates omisi, pariter atque Cyrilli C. Julian. p. 180, 181, Eusebium l. pr. describentis. *φύσεως* om. B., sed m. sec. recentiori inter versus *γρ. φύσεως*, et m. rubricatoris in mg. *γρ. γενέσεως.* *ᾗπερ*] *ἢ περὶ* et mox *ὡς οἱ* Eusebius utroque loco. *ἅπερ—διελέγοντο* Isid. *ἔχει*] *ἔχοι* A. *τῶν οὐρ. ἕκαστα* Cyrillus. *τὰ τοιαῦτα*] *τοιαῦτα* Isid. *ἀπεδείκνυ*] *γρ. ἐπε* inter versus m. sec. B., qui *ἀπεδείκνυε*, ut A., in quo compendium ultimae > in *ε* mutatum. *ἐπεδείκνυεν* Stob. Fl. 80, 13, afferens *οὐδὲ γὰρ*—s. 14 *ἀπολέσθαι*, exceptis quae priori loco etiam Eusebius omisit s. 12 *καὶ—πράττειν*, ut *-εν* ponat propter *ἐθαύμαζεν*. *ἀλλὰ—ἐπεδείκνυεν* Priscian. 18, 20, 157; 23, 188, secundum codices apud Spengel. ad Varron. p. 651. *ἐπεδείκνυε* Isid.

10. *πρῴ*] Vitiosum *πρωὶ* notavi ad Hist. Gr. 1, 1, 30.

φανερὸς ἦν] Idem est quod *εἶναι ἐν τῷ φανερῷ*, in publico versari. SCH.

11. *πράττοντος εἶδεν*] De genitivo cum *ἰδεῖν* et *εἰδέναι* conjuncto v. Steph. Thes. vol. 3, p. 210 A; 201 C.

ὅπως ὁ κόσμος] Lucian. Icar. c. 4, p. 756: *Πολλήν τινα παρεῖχε τὴν ἀπορίαν πρῶτον μὲν αὐτὸς οὗτος ὁ ὑπὸ τῶν σοφιστῶν καλούμενος κόσμος. οὐ γὰρ εἶχον εὑρεῖν οὔθ' ὅπως ἐγένετο οὔτε τὸν δημιουργὸν οὔτε ἀρχὴν οὔθ' ὅ τι τὸ τέλος ἐστὶν αὐτοῦ.* SCHN.

σοφιστῶν] V. ad 4, 2, 1, de significatione duplici hujus vocabuli dicenda.

κόσμος] Est quae antea *φύσις ἡ τῶν πάντων* dicitur, nec solum coelum cum sideribus dicitur. Appellationis auctor dicitur Pythagoras apud Photium Biblioth. cod. 659. SCHN. Conf. Grot. Histor. vol. 8, p. 573.

ἔχει] *ἔφυ*, quod est in nonnullis, habet quo defendi possit. De origine enim et elementis mundi et corporum naturalium strenue disputaverunt primi Philosophi: et Luciani imitatio scripturam *ἔφυ* exprimere videtur. SCHN. Si *ἔφυ* verum est, respicitur cosmogonia s. origo mundi naturalis secundum Epicureos; sin *ἔχει*, intelligendae disputationes philosophorum de ordine corporum coelestium, qualis Anaxagorae fuit, unumquodque corpus optimum locum in mundo tenere, item de natura universi et corporum coelestium. Utrumque convenit s. 14. Sed *ἔχει* melius puto. ERNEST.

ἀπεδείκνυ] Alienam a Xenophonte formam *-νε* notavi ad Cyrop. 6, 4, 6, sustulique eandem 3, 4, 1; 9, 11, etsi nihil hic praesidii legitimae est in A., ut adhuc credebatur, alibi quoque apud Xenophontem, ut dixi ibidem, in libris melioribus in deteriorem depravatae, sed haud raro vel apud recentiores servatae.

12 δείκνυ. καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει πότερά ποτε νομί-
σαντες ἱκανῶς ἤδη τἀνθρώπινα εἰδέναι ἔρχονται ἐπὶ τὸ περὶ
τῶν τοιούτων φροντίζειν, ἢ τὰ μὲν ἀνθρώπινα παρέντες, τὰ
δαιμόνια δὲ σκοποῦντες ἡγοῦνται τὰ προσήκοντα πράτ-
13 τειν. ἐθαύμαζε δ' εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν ὅτι ταῦτα οὐ
δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν· ἐπεὶ καὶ τοὺς μέγιστον
φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν οὐ ταὐτὰ δοξάζειν
ἀλλήλοις, ἀλλὰ τοῖς μαινομένοις ὁμοίως διακεῖσθαι πρὸς
14 ἀλλήλους. τῶν τε γὰρ μαινομένων τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ
δεδιέναι, τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι· καὶ τοῖς μὲν
οὐδ' ἐν ὄχλῳ δοκεῖν αἰσχρὸν εἶναι λέγειν ἢ ποιεῖν ὁτιοῦν,
τοῖς δὲ οὐδ' ἐξιτητέον εἰς ἀνθρώπους εἶναι δοκεῖν· καὶ τοὺς
μὲν οὔθ' ἱερὸν οὔτε βωμὸν οὔτ' ἄλλο τῶν θείων οὐδὲν τι-
μᾶν, τοὺς δὲ καὶ λίθους καὶ ξύλα τὰ τυχόντα καὶ θηρία
σέβεσθαι· τῶν τε περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνών-
των τοῖς μὲν δοκεῖν ἓν μόνον τὸ ὂν εἶναι, τοῖς δ' ἄπειρα τὸ
πλῆθος· καὶ τοῖς μὲν ἀεὶ πάντα κινεῖσθαι, τοῖς δ' οὐδὲν ἂν

12. πότερα] πότερον Isid. τἀνθρώπινα] τἀνθρώπεια [πινα] eadem m. C. τὰ ἀνθρώπινα Eusebius. τὸ] τῶ, cui m. sec. recentiori superscriptum ὁ, B. et mg. m. sec. antiquiori γρ. τὸ περὶ τῶν. περὶ τῶν om. Isid. 13. αὐτοῖς ἐστιν] ἐστιν αὐτοῖς Stob., Isid. οὐ δυνατὸν] ἀδύνατον plerique Eusebii loco priori, Stob. ἐστιν om. nonnulli Eusebii l. altero, Isid. ἀνθρώποις] ἄνθρωπον nonnulli Eusebii l. pr. ἐπεὶ] εἴ γε Stob. μέγιστον] μέγιστα Euseb. l. alt., τὰ μέγιστα priori, post φρονοῦντας Cyr. ἀλλὰ] ἀλλὰ καὶ Euseb. l. altero. 14. φοβερὰ] δεινὰ Stob. θείων] θεῶν Stob. θηρία] τὰ θηρία Stob. τῶν—πάντα om. A. κινεῖσθαι πάντα] Invertit B. Euseb. utroque l., Stob., neque τῶν—πάντα omitteret A., nisi ab uno σθαι ad alterum aberrasset.

12. πρῶτον μὲν αὐτῶν] Eusebius in libris nonnullis πρῶτον μὲν περὶ αὐτῶν habet: infra s. 15, ἐσκόπει δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τάδε, ubi omissum περὶ minus offenderet propter additum τάδε. Weiskius comparabat latinum *ac primum quidem omnium*. SCHN.

πότερά ποτε—ἢ] Alia hujus formulae temere sollicitatae exempla sunt Hist. Gr. 5, 4, 16: Καὶ μάλα ἀποροῦντες πότερά ποτε πόλεμος πρὸς Θηβαίους ἢ εἰρήνη εἴη· Longin. De subl. 33, 1: Διαπορῆσαι πότερά ποτε κρεῖττον—ἤ· et ibid.: Πότερόν ποτε αἱ πλείους ἀρεταὶ τὸ πρωτεῖον ἢ αἱ μείζους δικαίως ἂν φέροιντο· Joseph. A. J. 3, 1, 4, p. 120, 1: Ἵνα μάθοι πότερόν ποτε—ἤ· et alibi.

τὸ περὶ τῶν τοιούτων] Isidorus περὶ omisit. SCHN. Est 1, 4, 17.

13. ἐστιν abesse malis, etsi qui praeter Isidorum omittit Eusebius se ipse refellit. V. ad s. 14; 3, 4, 3, et ubi nonnulli male repetunt, 4, 2, 25. Respicit haec Theodoretus Gr. aff. p. 62, 9 Gaisf.

14. Alterum δοκεῖν, de quo dicendum quod de ἐστὶν s. 13, delet Pluygers.

λίθους καὶ ξύλα τὰ τυχόντα] Statuas lapideas ac ligneas Socrates dicere videtur. SCHN.

ἓν μόνον] Argumentum hoc ex opinione Xenophanis tractat Platonicus Parmenides, et Ciceronis locus Academ. 4, 37. SCHN. V. Menag. ad Diog. L. 9, 18–24. CORAES. Conf. Euseb. Praep. 15, p. 841 D: Εἰ ἓν τὸ πᾶν.

τοῖς δὲ ἄπειρα] Ut Leucippo et Epicuro. CORAES.

πάντα κινεῖσθαι] Materiae aeterni-

ποτε κινηθῆναι· καὶ τοῖς μὲν πάντα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι, τοῖς δὲ οὔτ' ἂν γενέσθαι ποτὲ οὐδὲν οὔτε ἀπολέ-
15 σθαι. ἐσκόπει δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τάδε, ἆρ' ὥσπερ οἱ τἀνθρώπεια μανθάνοντες ἡγοῦνται τοῦθ' ὅ τι ἂν μάθωσιν ἑαυτοῖς τε καὶ τῶν ἄλλων ὅτῳ ἂν βούλωνται ποιήσειν, οὕτω καὶ οἱ τὰ θεῖα ζητοῦντες νομίζουσιν, ἐπειδὰν γνῶσιν αἷς ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται, ποιήσειν, ὅταν βούλωνται, καὶ ἀνέμους καὶ ὕδατα καὶ ὥρας καὶ ὅτου ἂν ἄλλου δέωνται τῶν τοιούτων, ἢ τοιοῦτον μὲν οὐδὲν οὐδ' ἐλπίζουσιν, ἀρκεῖ δ' αὐτοῖς γνῶναι μόνον ᾗ τῶν τοιούτων ἕκαστα γίγνεται.
16 περὶ μὲν οὖν τῶν ταῦτα πραγματευομένων τοιαῦτα ἔλεγεν· αὐτὸς δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπείων ἀεὶ διελέγετο σκοπῶν τί εὐσεβές, τί ἀσεβὲς, τί καλὸν, τί αἰσχρὸν, τί δίκαιον, τί ἄδικον, τί σωφροσύνη, τί μανία, τί ἀνδρεία, τί δειλία, τί πόλις, τί πολιτικὸς, τί ἀρχὴ ἀνθρώπων, τί ἀρχικὸς ἀνθρώπων, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἃ τοὺς μὲν εἰδότας ἡγεῖτο καλοὺς κἀγαθοὺς εἶναι, τοὺς δ' ἀγνοοῦντας ἀνδραποδώδεις ἂν δικαίως κεκλῆσθαι.

17 Ὅσα μὲν οὖν μὴ φανερὸς ἦν ὅπως ἐγίγνωσκεν, οὐδὲν θαυμαστὸν ὑπὲρ τούτων περὶ αὐτοῦ παραγνῶναι τοὺς δικαστάς· ὅσα δὲ πάντες ᾔδεσαν, οὐ θαυμαστὸν εἰ μὴ τού-
18 των ἐνεθυμήθησαν; βουλεύσας γάρ ποτε, καὶ τὸν βου-

μὲν πάντα] μὲν ἅπαντα Euseb. utroque l. ἀπολέσθαι Euseb. l. altero, Stob., ἀπόλλυσθαι Euseb. l. priori, ἀπολεῖσθαι libri. 15. τἀνθρώπεια] τὰ ἀνθρώπεια A. τἀνθρώπια, et s. v. m. sec. γρ. ει, B. τἀνθρώπινα Euseb. καὶ οἱ] δὲ οἱ (s. v. καὶ) A. ead. m. ὅτου B. Euseb. ὅτου δ' A. τοιοῦτον] τοιοῦτο A. οὐδ' om. A. 16. τί ἀσεβὲς om. A. ἀνδρία B. περὶ] περὶ μὲν B. et s. v. m. sec. rec. γρ.... 17. οὐ] οὐ A.

tatem mutatione et motu carentem defendebat Zeno Eleates, qui mundi ortum et finem simul negabat. SCH.

ἀπολέσθαι] Dissensum veterrimorum physicorum et varietatem opinionum nemo hodie miratur, multo minus inde argumentum adversus utilitatem studii ejus potest duci. SCHN.

15. αὐτῶν] Physicos intelligit. SCH.

ποιήσειν] Imitando reddere vel efficere id quod didicerunt. Quod si nondum in ceteris, in tonitribus certe et fulminibus imitandis vi electrica adhibita praestiterunt Physici nostri. Superest ut praevidere haec et cavere noxam quorundam discamus. SCH.

16. σκοπῶν τί εὐσεβὲς, τὶ ἀσεβὲς] 1, 2, 50; 3, 8, 3; 4; 3, 9; 4, 4, 5; 4, 6, 1, confert Grot. Histor. vol. 8, p. 557, 596.

σωφροσύνη] Platonis Alcibiades 2, p. 138 C: Τὸ μαίνεσθαι ἆρά γε ὑπεναντίον σοι δοκεῖ τῷ φρονεῖν; Plato Reip. 1, p. 331 C: Εἴ τις λάβοι παρὰ φίλου ἀνδρὸς σωφρονοῦντος ὅπλα, εἰ μανεὶς ἀπαιτοῖ, ὅτι οὔτε χρὴ τὰ τοιαῦτα ἀποδιδόναι. SCHN.

καλοὺς κἀγαθοὺς] Vulgo sic appellabantur viri potentes in civitate et publica negotia administrantes. Socrates autem ad virtutem nomen referebat. SCHN.

λευτικὸν ὅρκον ὀμόσας, ἐν ᾧ ἦν κατὰ τοὺς νόμους βουλεύ-
σειν, ἐπιστάτης ἐν τῷ δήμῳ γενόμενος, ἐπιθυμήσαντος
τοῦ δήμου παρὰ τοὺς νόμους ἐννέα στρατηγοὺς μιᾷ ψήφῳ
τοὺς ἀμφὶ Θράσυλλον καὶ Ἐρασινίδην ἀποκτεῖναι πάντας,
οὐκ ἠθέλησεν ἐπιψηφίσαι, ὀργιζομένου μὲν αὐτῷ τοῦ δή-
μου, πολλῶν δὲ καὶ δυνατῶν ἀπειλούντων· ἀλλὰ περὶ
πλείονος ἐποιήσατο εὐορκεῖν ἢ χαρίσασθαι τῷ δήμῳ παρὰ
19 τὸ δίκαιον καὶ φυλάξασθαι τοὺς ἀπειλοῦντας. καὶ γὰρ ἐπι-
μέλεσθαι θεοὺς ἐνόμιζεν ἀνθρώπων οὐχ ὃν τρόπον οἱ πολ-

18. *ἐννέα*] Schol. m. sec. recentiori B.: *δέκα φησὶν ὁ* (detritum videtur *Πλάτων*, unde apparet fere *ων*) *δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς.* *δυνατῶν*] *δυναστῶν* A. *πλείονος*] *πλέονος* B. 19. *ἐπιμέλεσθαι*] Libri *ἐπιμελεῖσθαι.*

θάνατος, teste Diogene. Cum reus contra causam suam aestimare jubebatur, *ἀντιτιμᾶσθαι* dicebatur, quo verbo utitur Plato Apologiae p. 36 B. Conf. Pollux 8, 150. SCHN. Plato autem, qui ib. p. 36 D, Socratem dicentem fecerat: *Εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι, τούτου τιμῶμαι, ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως*, de multa oblata haec ei tribuit verba p. 38 B: *Καὶ ἐγὼ ἅμ' οὐκ εἴθισμαι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ τινος. εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι χρήματα, ἐτιμησάμην ἂν χρημάτων ὅσα ἔμελλον ἐκτίσειν· οὐδὲν γὰρ ἂν ἐβλάβην· νῦν δὲ, οὐ γὰρ ἔστιν, εἰ μὴ ἄρα ὅσον ἂν ἐγὼ δυναίμην ἐκτῖσαι, τοσούτου βούλεσθέ μοι τιμῆσαι. ἴσως δ' ἂν δυναίμην ἐκτῖσαι ὑμῖν που μνᾶν ἀργυρίου· τοσούτου οὖν τιμῶμαι. Πλάτων δὲ ὅδε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ Κρίτων καὶ Κριτόβουλος καὶ Ἀπολλόδωρος κελεύουσί με τριάκοντα μνῶν τιμήσασθαι, αὐτοὶ δ' ἐγγυᾶσθαι. τιμῶμαι οὖν τοσούτου· ἐγγυηταὶ δ' ὑμῖν ἔσονται τοῦ ἀργυρίου οὗτοι ἀξιόχρεῳ.* Quibuscum ita convenit Diogenes 2, 41: *Τιμωμένων τῶν δικαστῶν τί χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτῖσαι, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔφη δραχμὰς ἀποτίσειν· Εὐβουλίδης μὲν γάρ φησιν ἑκατὸν ὁμολογῆσαι. θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, Ἕνεκα μὲν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως*, ut quod scriptor Apologiae narrat nemo sit crediturus. Conf. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1, p. 159. Ceterum scriptor secundum s. 22, *οὐ τὰ πάντα εἰπεῖν τὰ ἐκ τῆς δίκης σπουδάσας*, male omisit etiam Socratis de victu in prytaneo sibi praebendo *ὑποτίμησιν*.

οὔτε αὐτὸς] Inepte editur *οὔτε αὐτὸν*, monente etiam Forstero et Fischero ad Platon. Apol. 28, p. 148. SCHN.

ἐκκλέψαι] Conf. Platonis Critonem p. 44 B. SCHN.

24. *ἐγράψατο*] Placet *ἐγράψαντο*. BRODAEUS. In toto hoc libello solus Meletus nominatur. SCHN. Ad *ἐγράψαντο* editionis Zeun. tacet de Vaticanis Gailius. Pluralem poscit praecedens pluralis. Ceterum moleste dictum *μηδὲν ἐλεγχθέντι ὡς πεποίηκά τι* pro *μή*. Supra s. 18: *Οὐδεὶς δύναιτ' ἂν ἐξελέγξαι με ὡς ψεύδομαι.*

οὔτε γὰρ] Respondet sequens *τούς γε μὴν*, ut apud Xenophontem 2, 6, 19, *ἀλλὰ μὴν οὐδέ*. Recentioribus usitatum *οὔτε γὰρ* notavi ad Thes. Stephani vol. 5, p. 2369 A, B.

ὀνομάζων] *νομίζων* Schaeferus. V. ad s. 13.

25. *ἐφ' οἷς γε μὴν*] Similia haec Xe-

μία, ἱεροσυλίᾳ, τοιχωρυχίᾳ, ἀνδραποδίσει, πόλεως προδοσίᾳ, οὐδ᾽ αὐτοὶ οἱ ἀντίδικοι τούτων πρᾶξαί τι κατ᾽ ἐμοῦ φασιν. ὥστε θαυμαστὸν ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι ὅπως ποτὲ ἐφάνη ὑμῖν τοῦ θανάτου ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον.
26 ἀλλ᾽ οὐδὲ μέντοι ὅτι ἀδίκως ἀποθνήσκω, διὰ τοῦτο μεῖον φροντητέον· οὐ γὰρ ἐμοὶ, ἀλλὰ τοῖς καταγνοῦσι τοῦτο αἰσχρόν ἐστι. παραμυθεῖται δέ τι με καὶ Παλαμήδης ὁ παραπλησίως ἐμοὶ τελευτήσας· ἔτι γὰρ καὶ νῦν πολὺ καλλίους ὕμνους παρέχεται Ὀδυσσέως τοῦ ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτόν· οἶδ᾽ ὅτι καὶ ἐμοὶ μαρτυρήσεται ὑπό τε τοῦ ἐπιόντος καὶ ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου ὅτι ἠδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε οὐδὲ πονηρότερον ἐποίησα, εὐεργέτουν δὲ τοὺς ἐμοὶ διαλεγομένους προῖκα διδάσκων ὅ τι ἐδυνάμην
27 ἀγαθόν. εἰπὼν δὲ ταῦτα μάλα ὁμολογουμένως δὴ τοῖς εἰρημένοις ἀπῄει καὶ ὄμμασι καὶ σχήματι καὶ βαδίσματι φαιδρός. ὡς δὲ ᾔσθετο ἄρα τοὺς παρεπομένους δακρύοντας, Τί τοῦτο; εἰπεῖν αὐτὸν, ἢ ἄρτι δακρύετε; οὐ γὰρ πάλαι ἴστε ὅτι ἐξ ὅτουπερ ἐγενόμην κατεψηφισμένος ἦν μου ὑπὸ τῆς φύσεως ὁ θάνατος; ἀλλὰ μέντοι εἰ μὲν ἀγα-

25. *ἱεροσυλίᾳ, τοιχωρυχίᾳ, ἀνδραποδίσει, προδοσίᾳ*] *ἱεροσυλίαι, τοιχωρυχίαι, ἀνδραπόδισις, προδοσία* A.B.R. *ὥστε*—s. 27. *εὐθυμητέον εἶναι* Stobaeus Fl. 7, 81, cujus cod. A. om. *ὥστε* et *εἶναι*. *ὅπως* cod. A. Stob. *ὅπου* A. B.R. *τοῦ θανάτου ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον* cod. A. Stob. *τὸ τοῦ θανάτου ἔργον ἐμοὶ ἄξιον* A.B.R. 26. *οὐ γὰρ*] *οὔτε γὰρ* cod. A. Stob. *αἰσχρὸν*] Post hoc totidem litterarum lacunam R. *αἰσχρὸν γὰρ* A.B. *παραμυθεῖται*—*ἀγαθὸν* om. cod. A. Stob. 27. *δὲ*] *δὴ*, omisso sequenti *δὴ*, cod. A. Stob., idemque *ὄμματι* et *σχήματι*. *σχήμασι* A.B.R. *ὑπό*] *ἐπί* A. *ὅτι* addidit Castalio. *ὅτουπερ ἐγενόμην*] *ὅτου παρεγενόμην* A. et cod. A. Stob. *ὁ θάνατος*] *ὁ* om. cod. A. Stob., idemque *ἀλλὰ*—*εἶναι*.

nophonteis 1, 2, 62 seqq. Ceterum ante Zeunium legebatur *ἱεροσυλίαι, τοιχωρυχίαι, ἀνδραπόδισις, προδοσία*: quam scripturam ille Aretino interprete duce correxit. SCHN.

ἀνδραποδίσει] Usitatum est *ἀνδραποδισμὸς*, ut notatum etiam in libro Meieri et Schoemanni p. 360, ubi de his criminibus.

κατ᾽ ἐμοῦ φασιν] Quidni *ἐμέ φασιν* dixit? SCHN. V. annot. ad Xen. 1, 1, 1.

26. Cum his conf. 4, 8, 9, et 10. Palamedem et Ulixem memorat Xenophon 4, 2, 33, ubi item de illo *τοῦτον πάντες ὑμνοῦσιν ὡς διὰ σοφίαν φθονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἀπόλλυται.* Malui autem *δέ τι* quam, ut libri, *δ᾽ ἔτι*. Plato Reip. 5, p. 476 D: *Ἔξομέν τι παραμυθεῖσθαι αὐτόν.* Xen. Ven. 6, 25: *Παραμυθούμενον πολλὰ, ὀλίγα, μέτρια.*

οὐδὲ πονηρότερον ἐποίησα] Plato Apolog. p. 25 D: *Πότερον ἐμὲ εἰσάγεις δεῦρο ὡς διαφθείροντα τοὺς νέους καὶ πονηροτέρους ποιοῦντα ἑκόντα ἢ ἄκοντα; Πονηρότεροι* pro *φαυλότεροι* meliores Cyrop. 4, 3, 10.

27. *ὁμολογουμένως τοῖς εἰρημένοις*] Ita loquitur Diog. L. 7, 87: *Διόπερ πρῶτος ὁ Ζήνων ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου φύσεως τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν.* Ubi de scriptorum dissensu in addito vel omisso *τῇ φύσει* v. Casaubonus et Menagius. Sed Xenophonti ceterisque Atticis *ὁμολογουμένως* nunquam est idem quod *ὁμολόγως*.

θῶν ἐπιρρεόντων προαπόλλυμαι, δῆλον ὅτι ἐμοὶ καὶ τοῖς
ἐμοῖς εὔνοις λυπητέον· εἰ δὲ χαλεπῶν προσδοκωμένων κα-
ταλύω τὸν βίον, ἐγὼ μὲν οἶμαι ὡς εὐπραγοῦντος ἐμοῦ
28 πᾶσιν ὑμῖν εὐθυμητέον εἶναι. παρὼν δέ τις Ἀπολλόδωρος,
ἐπιθυμητὴς μὲν ὢν ἰσχυρῶς αὐτοῦ, ἄλλως δ' εὐήθης,
εἶπεν ἄρα, Ἀλλὰ τοῦτο ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, χαλεπώτατα
φέρω ὅτι ὁρῶ σε ἀδίκως ἀποθνήσκοντα. τὸν δὲ λέγεται
καταψήσαντα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν εἰπεῖν, Σὺ δέ, ὦ φίλ-
τατε Ἀπολλόδωρε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με ὁρᾶν δικαίως ἢ
29 ἀδίκως ἀποθνήσκοντα; καὶ ἅμα ἐπιγελάσαι. λέγεται δὲ
καὶ Ἄνυτον παριόντα ἰδὼν εἰπεῖν, Ἀλλ' ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε
κυδρός, ὡς μέγα τι καὶ καλὸν διαπεπραγμένος, εἰ ἀπέκτονέ
με, ὅτι αὐτὸν τῶν μεγίστων ὑπὸ τῆς πόλεως ὁρῶν ἀξιού-

καταλύων] καταλύω A. 28. παρὼν—νικῶν Stob. Fl. 7, 75, sed cod. A. inde ab λέγεται reliqua om. μὲν ὢν Stob. μὲν A.B.R. ὅτι ὁρῶ om. Stob. 29. λέγεται δὲ] λέγηται R. ὅδε] ὅδε γε Stob., cujus vitia in reliquis omitto.

ἐμοῖς εὔνοις] Stephanus ἐμοὶ corrigi voluit. Sed ita Hellen. 5, 2, 33, τοῖς ὑμετέροις δυσμενέσι. V. Schaefer. ad Apollonii Schol. p. 169. SCHN.

εὐπραγοῦντες] Hoc Xenophon certe nunquam dixit, sed εὖ πράττειν, ut Plato et Oratores. Infert Stobaei codex A. Floril. 1, 102, in verbis illius 3, 9, 14: Καὶ οἱ τοῦτο ἐπιτηδεύοντες δοκοῦσί μοι εὖ πράττειν, exhibens εὐπραγεῖν καὶ εὖ πράττειν, ut Isocratis p. 305 D: Ἦν δ' ὡς εὖ πράττοντες ἔλθωμεν, libri praeter Urbinatem εὐπραγοῦντες, et Libanii vol. 4, p. 163, 2: Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς πονηροὺς εὖ πράττοντας, codex Monacensis εὐπραγοῦντας. Dixit tamen bis Thucydides, idemque bis κακοπραγεῖν. Quos locos ignorans Thomas p. 389, non minus rejecit εὐπραγεῖν et κακοπραγεῖν quam Atticorum quorumvis exemplis confirmatum εὐλογεῖν, substantiva tantum probans, et εὖ vel κακῶς πράσσειν dici jubens, quae et ipsa habet Thucydides. Simile quid factum in substantivo μεγαλοφροσύνη, quod quum ab optimis usurpetur, verbi μεγαλοφρονεῖν exempla adeo nullius vel apud plerosque recentiorum, quibus saepe ex libris redditum μέγα φρονεῖν, fidei sunt ut mirum sit si medio semel usus Plato dixerit quod alibi μεγαλαυχεῖσθαι.

28. καταψήσαντα] Eundem gestum Socratis annotavit Plato Phaedonis p. 89 B. Ceterum dictum ipsum Xanthippae adscribit Diogenes 2, 35, et Valerius Maximus 7, 2, Ext. 1. SCH. Alia de Apollodoro Aelian. V. H. 1, 16. Plutarch. Cat. min. c. 46. WEISK. Xenophon hunc Apollodorum memorat 3, 11, 17 cujus de ingenio conf. Prinsterer. Prosopogr. p. 203.

29. τῶν μεγίστων—ἀξιούμενον] De eodem Anyto Socrates in Platonico Menone p. 90 B: Αἱροῦνται γοῦν αὐτὸν ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς. Amator Alcibiadis fuit, teste Plutarcho Alc. c. 4. Idem Plutarchus in Coriolano c. 14: Ἀθήνησι λέγεται πρῶτος ἀργύριον δοῦναι δικασταῖς Ἄνυτος ὁ Ἀνθεμίωνος προδοσίας περὶ Πύλον κρινόμενος ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς ἤδη τελευτῶσι. Idem tradit Aristoteles apud Harpocrationem in δεκάζων. Diodorus 13, 64, Anytum accusatum judicium corrupisse argento dato ait sub Olympiadis 92 anno 4, quarto anno ante finem belli Peloponnesiaci. SCHN. Schol. cod. Clarkiani ad Platonis Apolog. p. 18 B: Οὗτος ὁ Ἄνυτος Ἀνθεμίωνος ἦν υἱός, Ἀθηναῖος

μενον οὐκ ἔφην χρῆναι τὸν υἱὸν περὶ βύρσας παιδεύειν. ὡς μοχθηρὸς οὗτος, ἔφη, ὃς οὐκ ἔοικεν εἰδέναι ὅτι ὁπότερος ἡμῶν καὶ συμφορώτερα καὶ καλλίω εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαπέπρακται, οὗτός ἐστι καὶ ὁ νικῶν. ἀλλὰ μέντοι, φάναι αὐτὸν, ἀνέθηκε μὲν καὶ Ὅμηρος ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου προγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα, βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ χρησμῳδῆσαί τι. συνεγενόμην γάρ ποτε βραχέα τῷ Ἀνύτου υἱῷ, καὶ ἔδοξέ μοι οὐκ ἄρρωστος τὴν ψυχὴν εἶναι· ὥστε φημὶ αὐτὸν ἐπὶ τῇ δουλοπρεπεῖ διατριβῇ ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ παρεσκεύακεν οὐ διαμενεῖν· διὰ δὲ τὸ μηδένα ἔχειν σπουδαῖον ἐπιμελητὴν προσπεσεῖσθαί τινι αἰσχρᾷ

ὃς] ὡς R. 30. ἐπιμελητὴν] ἐπιμελειτην B. τινὶ] τινὰ, et ι s. v. alia m., B.

γένος, Ἀλκιβιάδου ἐραστὴς, πλούσιος ἐκ βυρσοδεψικῆς· ὅθεν καὶ σκωπτόμενος ὑπὸ Σωκράτους διὰ τουτο (priores tres literae satis sunt perspicuae; reliquae non item. Gaisford. Lect. Platon. p. 169)...... ἔπεισε μισθῷ Μέλητον ἀσεβείας γραφὴν δοῦναι κατὰ Σωκράτους. μέμνηται Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ καὶ Ξενοφῶν ὁμοίως καὶ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Σωκράτους βίῳ, .. Θεόπομπος δὲ Στρατιώτισιν ἐμβάδαν αὐτὸν εἶπεν παρὰ τὰς ἐμβάδας, ἐπεὶ καὶ Ἄρχιππος Ἰχθύσιν εἰς σκυτέα αὐτὸν σκώπτει. Μέλητος δὲ τραγῳδίας φαῦλος ποιητὴς, Θρᾷξ γένος, ὡς Ἀριστοφάνης Βατράχοις Πελαργοῖς Λαΐου υἱὸν αὐτὸν λέγων· ἐφ' (ἐπεὶ Dobraeus Add. ad Aristoph. p. 125) ᾧ ἔτει οἱ Πελαργοὶ ἐδιδάσκοντο καὶ ὁ Μέλητος Οἰδιπόδειαν ἔθηκεν, ὡς Ἀριστοτέλης Διδασκαλίαις· ἐν δὲ Γεωργοῖς ὡς Καλλίαν περαίνοντος αὐτοῦ μέμνηται· μέμνηται αὐτοῦ καὶ Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ. Quem Apologiam Xenophontis, qui Anytum et Meletum etiam in Historia Graeca memorat, dicere probabile est propter ὁμοίως.

περὶ βύρσας παιδεύειν] Plato Apologiae p. 23 E: Ἐκ τούτων καὶ Μέλητός μοι ἐπέθετο—Ἄνυτος δὲ ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν. SCHN. Cujus v. annot. ad Xen. 1, 2, 37.

30. Ὅμηρος] Patroclum Il. Π, 851, Hectorem X, 358. Conf. Cicero de Divinatione 1, 30. Ceterum Plato Apologiae p. 39 C, aliter praefantem vaticinio simili facit Socratem: Καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι. SCHN.

ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου] Probabiliter Ernestus τὸ—προγιγνώσκειν, conferens praeter s. 13: Τῶν τοῖς ὄρνισιν ἀνατιθέντων τὴν τῶν θεῶν δύναμιν, Xenoph. 4, 6, 15: Τῷ Ὀδυσσεῖ ἀναθεῖναι τὸ ἀσφαλῆ ῥήτορα εἶναι· cui addendus idem 3, 14, 7: Τὸ εὐωχεῖσθαι τοῖς κοσμίως διαιτωμένοις ἀνετίθει.

χρησμῳδῆσαι] Vaticinium, quo Anyto filii prodigi exitum praedicit, non eo animo, ut pater filium mature ad frugem redire cogat et rectius educet, sèd potius, ut patri superbienti de morte Socratis aegre faceret, Socrate non dignum censuisset Xenophon. SCHN. Idem in indice v. Διατριβὴ addens de δουλοπρεπεῖ διατριβῇ "Quod opprobrium auctor Apologiae Anyto objicientem faciens Socratem coram judicibus vereor ne merito inhumanus, incivilis et ineptus habeatur. Debebat enim vir sapiens ita plebem in se Atticam omnem concitare, injuriam faciens necessario reipublicae hominum generi, quamquam ad consilium publicum et judicia publica obeunda non satis idoneo," non animadvertit haec non coram judicibus dixisse perhiberi Socratem, sed ut s. 29, εἰπεῖν, ita hic φάναι dici, ad familiares.

προσπεσεῖσθαί τινι αἰσχρᾷ ἐπιθυ-

31 ἐπιθυμίᾳ, καὶ προβήσεσθαι μέντοι πόρρω μοχθηρίας. ταῦ-
τα δ' εἰπὼν οὐκ ἐψεύσατο, ἀλλ' ὁ νεανίσκος ἡσθεὶς οἴνῳ
οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρας ἐπαύετο πίνων, καὶ τέλος οὔτε τῇ
ἑαυτοῦ πόλει οὔτε τοῖς φίλοις οὔτε αὑτῷ ἄξιος οὐδενὸς
ἐγένετο. Ἄνυτος μὲν δὴ διὰ τὴν τοῦ υἱοῦ πονηρὰν παι-
δείαν καὶ διὰ τὴν αὑτοῦ ἀγνωμοσύνην ἔτι καὶ τετελευτηκὼς
32 τυγχάνει κακοδοξίας. Σωκράτης δὲ διὰ τὸ μεγαλύνειν
ἑαυτὸν ἐν τῷ δικαστηρίῳ φθόνον ἐπαγόμενος μᾶλλον κατα-
ψηφίσασθαι ἑαυτοῦ ἐποίησε τοὺς δικαστάς. ἐμοὶ μὲν οὖν
δοκεῖ θεοφιλοῦς μοίρας τετυχηκέναι· τοῦ μὲν γὰρ βίου τὸ
χαλεπώτατον ἀπέλιπε, τῶν δὲ θανάτων τοῦ ῥᾴστου ἔτυ-
33 χεν. ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ῥώμην· ἐπεὶ γὰρ ἔγνω
τοῦ ἔτι ζῆν τὸ τεθνάναι αὑτῷ κρεῖσσον εἶναι, ὥσπερ οὐδὲ
πρὸς τἆλλα τἀγαθὰ προσάντης ἦν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον
ἐμαλακίσατο, ἀλλ' ἱλαρῶς καὶ προσεδέχετο αὐτὸν καὶ ἐπε-
34 τελέσατο. ἐγὼ μὲν δὴ κατανοῶν τοῦ ἀνδρὸς τήν τε σοφίαν
καὶ τὴν γενναιότητα οὔτε μὴ μεμνῆσθαι δύναμαι αὐτοῦ οὔτε
μεμνημένος μὴ οὐκ ἐπαινεῖν. εἰ δέ τις τῶν ἀρετῆς ἐφιεμέ-

31. ἄνυτος] Libri αὐτός. 33. ἐπετελέσατο] ἐπιτελέσατο A. vel B.

μίᾳ] Plat. Leg. 1, p. 637 A: Οὗ μάλιστ' ἄνθρωποι καὶ μεγίσταις προσπίπτουσιν ἡδοναῖς καὶ ὕβρεσι καὶ ἀνοίᾳ πάσῃ. Alia v. in Thes. Steph.

31. Ἄνυτος] Anytus vertit Aretinus et scripsit post alios Schaeferus, qui de crebro hoc vitio v. ad Marinum p. 152 ed. Boisson.

τυγχάνει κακοδοξίας] Ignotae fuisse videntur hujus Apologiae scriptori recentiorum fabulae de malis quae Anytum ceterosque Socratis accusatores post illius necem consequuta sint secundum Diodorum 14, 37, qui ἀκρίτους interficit, aliosque apud Wesselingium et Menagium ad Diog. L. 2, 43. Rejecit easdem Grotius vol. 8, p. 683, nec credidit Thirlwallus c. 32 extr.

32. ἐμοὶ μὲν—ἔτυχεν] Tertium redit ineptus scriptor ad eandem sententiam. Sed voluit reddere locum Xenophontis 4, 8, 1, qui θανάτους plurali numero dixit Cyneg. 12, 13. Ages. 1, 37. SCHN. Paullo ante μᾶλλον dictum videtur more novitio, quem notavi ad Steph. Thes. p. 535 D, Fuss. ad Jo. Laurent. De magistr. p. 104.

33. προσάντης] Facilem interpretatur Zeunius, cum ceteris scriptoribus sit acclivis, arduus et difficilis. Sed quocunque modo interpreteris, difficile est dictu quid scriptor spectaverit, quid nomine ἀγαθῶν intelligi voluerit. Si mortem ἐν καιρῷ τῆς ἡλικίας accedentem inter ἀγαθὰ numeravit, cur verbo ἐμαλακίσατο usus est? SCHN. Confudisse videtur hic scriptor προσάντης et προσηνής, ut ab librariis vicissim Diodori 4, 52, προσηνῶς τῶν παρθένων δεξαμένων τὸν λόγον illatum conjeci pro eo quod alibi habet προσάντως, frustra obloquente Boissonado ad Choricium p. 45.

ἐμαλακίσατο] Ita semel Xen. Cyr. 4, 2, 21: Ἔνθα δὴ μαλακισάμενοι μὲν ἂν πάντων τῶν χαλεπωτάτων τύχοιμεν. Nam multo frequentius apud ipsum et alios omnes passivum μαλακισθῆναι.

ἐπετελέσατο] Nescio an alibi ἐπιτελεῖν θάνατον occurrat; media forma certe nemo usus est hac quidem significatione. SCHN. V. ad s. 8.

34. τῶν ἀρετῆς ἐφιεμένων] Sic Mem. 4, 8, 11, et supra s. 17. SCHN.

νων ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σωκράτους συνεγένετο, ἐκεῖνον ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἀξιομακαριστότατον νομίζω.

ὠφελιμωτέρῳ] Conf. Mem. 4, 8, 11. SCHN.

ἀξιομακαριστότατον] Nec hoc vocabulum Xenophonteum est. Cyropaedia 7, 2, 6, *μακαριστοὺς* tales dicit, 27, *βιοτὴν μακαριστοτάτην*, et Memor. 2, 1, 33: *Εὐδαιμονίαν μακαριστοτάτην*. In Anabasi 1, 9, 6: *Πολλοῖς μακαριστὸν εἶναι ἐποίησεν* est. SCHN. Frequens illud *ἀξιομακάριστος* est in epistolis Ignatii, ut alia cum *ἄξιος* composita, quae inaudita sunt Atticis, ut simile illi *ἀξιοζήλωτος*, quamvis alia frequentent. Est etiam apud Bandin. Biblioth. Med. vol. 1, p. 505 C.

DAVIDIS RUHNKENII

ANIMADVERSIONES

IN

XENOPHONTIS MEMORABILIA

EX EDITIONE QUARTA

J. A. ERNESTI. Lips. 1763.

Lib. I. 2, 16.

Ἀποπηδήσαντε Σωκράτους] Hunc locum respicientes Aelian. V. H. 4, 15, et Olympiodorus Comment. MS. in Platonis Gorgiam, alter pro *ἀποπηδήσαντε*, *ἀποδράντες*, alter *ἀποφοιτήσαντες* scripserunt. Quae verba proprie dicuntur de *discipulis, qui magistri scholam temere, aut cum contemtu relinquunt.* Plato Gorg. p. 298 E: *Πρᾳότερόν με προδίδασκε, ἵνα μὴ ἀποφοιτήσω παρὰ σοῦ.* Liban. Ep. 79: *Ἔπειτα παρ᾽ ἡμῶν ὡς τάχιστα ἀπεπήδησεν.* Vide L. Bos Proleg. ad Hoseam 7, 13, et I. Toupium Emend. in Suid. t. 3, p. 327. Ceterum miretur aliquis, Isocratem Busirid. p. 222 C. negare, Alcibiadem a Socrate eruditum esse. Sed Isocrates quomodo intelligendus sit, docet Olympiodorus Comment. MS. quem modo laudavimus: *Ἄλλως τε δὲ οὐδὲ πολὺν χρόνον παρέμεινεν Ἀλκιβιάδης Σωκράτει, ὡς δρᾶσαί τι εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τοὺς λόγους. ἀμέλει καὶ Ἰσοκράτης μέμνηται τούτου ἐν τῷ Βουσίριδι λέγων· ὃν οὐδεὶς ᾔσθετο παρ᾽ αὐτῷ παιδευόμενον. δηλονότι διὰ τὸ ὀλίγον τοῦ χρόνου.*

Ibid. 22. *εἰς ἔρωτας ἐκκυλισθέντας*] Omnino haec lectio praeferenda alteri *ἐγκυλισθέντας*. Est quidem apud Aspasium ad Aristotel. Nicom. 7, p. 127: *Ἀεὶ πρὸς ἡδονὰς ἐγκυλίονται.* sed rectius ibid. 9, p. 149: *Τὸν ἐκ σπουδῆς εἰς φαυλότητα ἐκκυλισθέντα.* Eadem forma dicitur *ἐκφέρεσθαι, ἐξοκέλλειν, ἐξολισθαίνειν, ἐκχύεσθαι πρὸς ἡδονάς.* At *ἐγκυλίεσθαι* dativo jungitur apud eundem Aspasium 7, p. 128: *Οὐ γὰρ ἀεὶ τῷ πάθει ἐγκυλίεται.* et paullo post: *Ἄμφω γὰρ ταῖς ἡδοναῖς ἐγκυλίονται.* Athenaeus 6, p. 262 B: *Τοσαύταις ἐγκαλινδούμενον λιχνείαις.*

Ibid. 24. *ὑπὸ σεμνῶν γυναικῶν θηρώμενος*] Habet ex hoc loco

Philostratus V. A. 4, p. 165: Ὁ καλός τε καὶ ὑπὸ τῶν καλῶν γυναικῶν θηρευόμενος.

Ibid. 30. ὅτι ὑϊκὸν δοκοίη πάσχειν] Imitatur, quanquam in alia re, Plutarchus de Vitios. Pudor. p. 535 F: Καὶ μὴ πάθος πάσχειν ὑῶδες, ὑπὸ κνησμοῦ καὶ γαργαλισμοῦ παρέχοντα χρῆσθαι ῥᾷστα τῷ δεομένῳ. Rem ipsam cum verbo προσκνᾶσθαι hinc sumsit Max. Tyrius Diss. 26, p. 317.

Ibid. 31. τὸ κοινῇ τοῖς φιλοσόφοις] Scilicet τὸ ἀδολεσχεῖν περὶ τῶν μετεώρων, quod Scholiast. Aristoph. ad Nub. 97. κοινὸν τῶν φιλοσόφων ἔγκλημα vocat. Comici quoties philosophos ἀδολέσχας dixerint, nemo nescit. Plato Phaedon. p. 381 B: Οὔκουν γ' ἂν οἶμαι εἰπεῖν τινα νῦν ἀκούσαντα, οὐδ' εἰ κωμῳδοποιὸς εἴη, ὡς ἀδολεσχῶ. ubi respicit Eupolidis versus, quos Olympiodorus Comm. MS. in Phaedonem conservavit: Τί δῆτα ἐκεῖνον τὸν ἀδολέσχην καὶ πτωχὸν, ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν· ὁπόθεν καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου δὲ κατημέληκε. Forte eosdem versus una cum Aristophanis Nubibus in animo habuit Xenophon Oeconom. p. 58: Καὶ ταῦτα ὢν ἀνὴρ, ὃς ἀδολεσχεῖν τε δοκῶ, καὶ ἀερομετρεῖν, καὶ τὸ πάντων δὴ ἀνοητότατον δοκοῦν εἶναι ἔγκλημα, πένης καλοῦμαι. Maximus quidem Tyrius Diss. 24, p. 293, Socratem ab Aristophane πένητα καὶ ἀδολέσχην appellatum dicit. Sed confundit Eupolidem cum Aristophane. Nam etsi Socrati in Nubib. v. 175, fames exprobratur, tamen non diserte πένης aut πτωχὸς vocatur. Eupolidis versus etiam laudant Etymol. M. p. 18, 9, et Proclus Comm. MS. in Platonis Parmenidem, cujus locum ponam, si forte ad numeros versuum restituendos prodesse possit: Αὐτὸν μὲν τὸν Σωκράτην πτωχὸν ἀδολέσχην καλούντων τῶν κωμῳδοποιῶν, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἀπαξάπαντας, καὶ τοὺς ὑποδυομένους εἶναι διαλεκτικοὺς, ὡσαύτως ὀνομαζόντων· Μισῶ δὲ καὶ Σωκράτην τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην, ἢ Πρόδικος, ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἷς γέ τις. ubi ante ἢ Πρόδικος excidit καὶ, alterius versus indicium. Nam Aristophanis versus est posterior, non Eupolidis. Schol. ad Nub. 360: Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς·

Τὸν ἄνδρα τοῦτον ἢ βιβλίον διέφθειρεν,
Ἢ Πρόδικος, ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἴσφρησις.

Sic illud fragmentum bene correxit [pessime corrupit notatus a Brunckio ad fragm. p. 268] Kuster. ad Suid. v. Πρόδικον.

Ibid. 37. τῶν σκυτέων καὶ τῶν τεκτόνων] Similitudines et exempla, quae Socrates a fullonibus, coriariis, figulis petere solebat, saepe Sophistis risui fuerunt. Callicles apud Platonem Gorg. p. 299 B: Ἀεὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ ἰατροὺς οὐδὲν παύῃ. Adde Dion. Chrys. Or. 55, p. 560 D, 564 A, et Li-

ban. Apol. Socrat. p. 643 C. Sed hanc disserendi rationem plus habuisse in recessu, quam fronte promitteret, praeclare docet Plato Sympos. p. 335 G.

Ibid. 48. *καὶ Φαίδων δὲ*] MS. Leid. habet: *καὶ Φαιδώνδης*, ut in Codice suo reperit Bessarion. Quam lectionem si sequamur, non Phaedon Eleus intelligendus, sed Phaedondes Cyrenaeus, qui, teste Platone in Phaedon. p. 376 B, morienti Socrati affuit. Is apud Auctor. Epist. Socratic. p. 36, et Suidam v. *Σωκράτης* non patronymica forma *Φαιδώνδης*, sed primitiva *Φαίδων* dicitur: de qua formarum commutatione disputavimus in Histor. Crit. Orat. Gr. p. 90, 100.

Ibid. 52. *ὥστε μηδαμοῦ*] Etsi me non poenitet conjecturae, *μηδὲν μηδαμοῦ*, qua Xenophonti exquisitum Atticismum restitui, ut apud Euripid. Iphig. Taur. 115, *δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ*, nunc tamen pronior sum in eam partem, ut vulgatam servandam putem. Aristides t. 2, p. 268, eadem constructione: *Καὶ τὸ χαρίζεσθαι μηδαμοῦ τιθέντας πρὸς τὸ βέλτιστον.* Sic alii *μηδαμοῦ τιμᾷν* dicunt pro *nihili facere.* Vide Abresch. Animadv. ad Aeschyl. 3, p. 91. Est igitur *μηδαμοῦ εἶναι* simile Latino, *nullo loco esse*, *μηδαμοῦ τιθέναι*, *nullo loco numerare*, ut loquitur Cicero de Fin. 2, 28.

Ibid. 58. *τοὺς δημότας*] Zonaras Lexico MS.: *Δημότην οἱ Ἴωνες τὸν τῶν πολλῶν ἕνα. οὕτως καὶ Ἡρόδοτος. τῶν δὲ Ἀττικῶν μόνος Ξενοφῶν. οἱ δ' ἄλλοι τοῦτον μὲν δημοτικὸν, δημότην δὲ, τὸν τοῦ αὐτοῦ δήμου, ὡς φυλέτην, τὸν τῆς αὐτῆς φυλῆς, καὶ λοχίτην, τὸν ἐν τῷ αὐτῷ λόχῳ κατατεταγμένον.* Vide de Rep. Atheniens. p. 692 A. ubi *δημόται* et *δημοτικοὶ* promiscue dicuntur.

Ibid. 60. *ὧν τινες μικρὰ μέρη*] Oblique carpit tum alios Socratis discipulos, tum inprimis Aristippum, qui primus Socraticorum philosophiam mercede docere instituit. Etiam disputationes de voluptate 2, 1, de bono et pulcro 3, 8, alieni ab Aristippo animi indicium habent. Vide Phaniam apud Diog. Laërt. 2, 65. Quae cum ita sint, Auctor Epist. Socrat. p. 43, qui Aristippum facit Xenophontis hospitio in Scillunte utentem, minus commode finxisse dicendus est.

Ibid. 61. *Λίχας τῇ Λακεδαιμονίων*] Hunc locum, vix verbis mutatis, a Xenophonte sumsit Plutarch. Cimone p. 484 F: *Καίτοι Λίχαν γε τὸν Σπαρτιάτην ἀπ' οὐδενὸς ἄλλου γινώσκομεν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὀνομαστὸν γενόμενον, ἢ ὅτι τοὺς ξένους ἐν ταῖς Γυμνοπαιδίαις ἐδείπνιζεν.* Ejusdem convivia memorat idem in Politic. Praec. p. 823 D. Hunc autem Lichan non diversum ponimus a Licha, Arcesilai F. de quo plura Thucydid. 5, 51, et Xenophon Hellen. 3,

p. 490 D. Sane bigae, quas ad ludos Olympicos misit, argumento sunt, opibus abundasse hominem.

Cap. 3, 4. *οἵτινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν*] Expressit Ibyci, antiquissimi Lyrici, versus, quos Plato affert in Phaedro p. 243 B: *Καί πως ἐδυσωπούμην, μήτι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.* Vide quae notavimus ad Timaei Lex. Plat. p. 66.

Ibid. 5. *τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον*] In hoc dicto imitando ipsi veteres certarunt. Teles apud Stob. Tit. 5, p. 69: *Ἦ οὐκ ὄψον ἀδάπανον καὶ ἀτρύφερον παρασκευάζω σοι τὴν πεῖναν;* Onosander Strateg. p. 47: *Ὁ γὰρ ἀπὸ τῶν πόνων λιμὸς καὶ τὸ δίψος ἱκανὸν ὄψον ποιεῖ καὶ γλυκὺ κρᾶμα.* Dio Chrys. Or. 6, p. 89 B: *Λιμῷ μὲν ἐχρῆτο καὶ δίψει, καὶ ἐνόμιζε τοῦτο ἱκανώτατον καὶ δριμύτατον τῶν ὄψων.* Bis diversis modis idem expressit Cicero de Fin. 2, 28, et Tusc. Dispp. 5, 34, ubi vide Davisium.

Ibid. 9. *ἢ τῶν ἐραστῶν*] Mendosa lectio. Quis enim *σωφρονικοῖς* opponat *ἐραστάς*? Nec multo melius est *θρασέων*, quod in MS. suo reperit Leunclavius, habetque Cod. Leidens. cum *θρασὺς* vix differat a *ῥιψοκινδύνῳ*, quod statim sequitur. Forte Xenophon scripsit: *ἢ τῶν ὑβριστῶν.* Nam *σώφρων* et *ὑβριστὴς* centies opponuntur, ut hoc ipso libro p. 14: *Οὐδὲ ὁ σώφρων ὑβριστὴς γένοιτο.* Huc adde, *ἐραστῶν* non esse interpretamentum vocis *θρασέων*, ut placet viro doctissimo, sed *θρασέων* vocis *ὑβριστῶν*. Suidas: *Ὑβριστάς. τοὺς θρασεῖς.* Nec tamen hanc conjecturam tam veram puto, ut de illa cum quoquam contendere velim.

Ibid. 9. *κᾂν εἰς μαχαίρας*] Descripsit Aelianus Ep. 16: *Σὺ μέν μοι δοκεῖς κᾂν εἰς πῦρ ἅλλεσθαι, κᾂν εἰς μαχαίρας κυβιστῆσαι.*

Ibid. 12. *ὅτι τὰ φαλάγγια*] Haec ad verbum descripsit Clemens Alex. Paedag. 3, p. 310, cum quibus Socraticae suavitatis studiosos juvabit comparasse locum alterum, qui parem leporem habet, Cyropaed. 5, p. 117: *Ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄποθεν θεωμένους ὑφάπτουσι.* Eum laudat Plutarch. apud Stob. Tit. 64, p. 410, atque imitatur Sympos. 5, 7, p. 681.

Cap. 4, 2. *μηχανώμενον*] Dudum conjectura ductus videram, *μηχανώμενον* expungendum esse tanquam variantem verborum *μηχανῇ χρώμενον*. Postea, quod suspicatus eram, a Codice MS., quem Is. Vossius contulit, confirmatum deprehendi.

Ibid. 6. *ἠθμὸν βλεφαρίδας*] Nullus hic locus esse potest voci *ἠθμός*. Nam quid simile colo habent palpebrae? aut quem usum colum adversus ventos praestet? Ut ventus, aut pulvis vento jactatus teneutur? Sic video cepisse Joach. Camerarium Comm. utr. L. p. 103. At ne tenuissima quidem sine periculo transmit-

tuntur. Hanc ob caussam nihil melius occurrit Petri Victorii invento, qui V. L. 24, 15, pro ἠθμὸν, vel, ut passim mendose scribitur, etiam in Cod. Leidensi, ἰσθμὸν, reponit θριγκὸν, eamque correctionem cum aliunde firmat, tum e Cicerone, Xenophontea vertente, de N. D. 2, 57, "Munitaeque sunt palpebrae tanquam vallo pilorum." Nimirum ut horti hac etiam de causa maceria (θριγκῷ) sepiuntur, ne ventus teneris plantis noceat, sic natura oculos palpebris adversus ventos et alia, quae laedere possent, munivit. Ciceronem suum sequitur Lactantius de Opif. Dei cap. 10: "Nam et ipsae palpebrae, quibus mobilitas inest, et palpitatio vocabulum tribuit, pilis in ordine stantibus vallatae, septum oculis decentissimum praebent." Sed alii quoque scriptores, quoties palpebras describunt, toties a vallo similitudinem petunt. Varro apud Non. Marcell. p. 218:

"Quos (oculos) calliblepharo naturali palpebrae
Tinctae vallatos mobili septo tenent."

Plinius H. N. 11, 37: "Alia de caussa palpebras natura dederat, ceu vallum quoddam visus, et prominens munimentum contra occursantia animalia aut alia fortuitu incidentia." Seren. Samm. v. 667:

"Namque oculos infesta pilorum tela lacessunt,
Quodque illis dederat vallum natura tuendis."

Sed quis opus est aliorum testimoniis, cum ipse Xenophon hac similitudine utatur de venat. p. 982 A: "Ἔχει τὰ βλέφαρα ἐλλείποντα, καὶ οὐκ ἔχοντα προβολὴν ταῖς αὐγαῖς. Eandem loquendi formam ad supercilia transtulit Apulei. de dogm. Platon. p. 260: Superciliorum sepes praemuniunt oculos, ne desuper proruat, quod teneras visiones mollesque perturbet."

Ibid. 6. ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα] Hunc locum e Xenophonte sumsit Varro Prometheo apud Non. Marcell. p. 217: "Retrimenta cibi qua exierant per posticum vallem feci." Sic edd. veteres et MS. Vossian. Male Merceriana prior, *vallem fecerunt:* deterius posterior, *e valle feci.* quae tamen scripturae menda induxerunt Salmasium Exerc. Plin. p. 907, ut legeret *evallefecerunt,* et Gesnerum Thes. L. L. v. *Evallefacio*, ut divisim scriberet, *e valle feci,* obscura, vel dicam, nulla sententia. Paullo emendatiorem locum dedit Jos. Scaliger ad Varron. Fragm. p. 168: "Retrimenta cibi qua exirent per posticum vallem feci." Jam fonte, unde Varro hausit sua, reperto, facile est emendare: "Retrimenta cibi qua exirent per posticum, canalem feci." Prometheus loquitur. Ambros. Hexaëm. 6, 9: "Decore creator noster ductus reliquiarum

(i. e. ὀχετοὺς, canales) a vultu hominum avertit, ne, dum alvum purgamus, inquinaremus adspectum." Vide Davis. ad Cic. de N. D. 2, 56. Xenophontea eleganter ad alia traduxit Plutarch. de cap. ex inim. util. p. 91 E: Τῶν παθῶν τούτων ποιούμενος ἀποκαθάρσεις εἰς τοὺς ἐχθροὺς, καὶ ἀποστρέφων, ὥσπερ ὀχετοὺς, πορρωτάτω τῶν ἑταίρων καὶ οἰκείων.

Ibid. 8. ἐρώτα γοῦν, καὶ ἀποκρινοῦμαι] Haec verba, undecunque inculcata, e contextu tollenda sunt. Nec illa reperit in Codice suo Bessarion, certe in versione omisit. Sic etiam judicabat vir doctissimus, idemque mihi amicissimus, cujus certus et verus in his literis sensus est, Claudius Salgasius.

Ibid. 19. ἐν ἐρημίᾳ εἶεν] Hic pro forma Attica εἶεν restituenda est communis εἴησαν, auctoritate Grammatici veteris in Bibl. Sangerm.: Εἴησαν ἀντὶ τοῦ εἶεν. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων α'. Vulgaris forma etiam est in Sympos. p. 153. Sic ἤμην pro Attico ἦν Cyrop. 6, p. 149 E.

Cap. 6, 5. ὅτι ὁ μὲν ἥδιστα ἐσθίων] Haec usque ad vocem ποτοῦ, vix verbo mutato, descripsit Teles apud Stob. Tit. 5, p. 69, ubi item, quae sequuntur, ἢ διψᾷ χιόνα; ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφὴν ζητοῦσιν ἄνθρωποι; expressa sunt ex 2, 1, 30: Τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς.

Ibid. 10. μηδενὸς δεῖσθαι θεῖον] Vix ullum nobilius est Socratis dictum, celebratum maxime a Diogene, aliisque Cynicis. Id ex hoc loco hauserunt Pseudo-Crates Epist. 2, Philo Jud. t. 2, p. 666, Plutarch. Caton. maj. p. 354 F., Diogen. Laërt. 2, 27, et alii plures, quos commemorare longum est. Censorin. de D. N. cap. 1, breviter sic vertit: "Nihil egere, est Deorum: quam minime autem, proximum a Diis." Pluribus verbis Apulei. Apolog. p. 25: "Equidem didici, ea re praecedere maxime Deos hominibus, quod nulla re ad usum sui indigeant. Igitur ex nobis, cui quam minimis opus sit, eum esse Deo similiorem." ubi vide Pricaeum. Hinc etiam fluxit, quod legitur in Socratic. Epist. p. 14: Ὁρῶ τῷ μηδενὸς δεῖσθαι αὐτὸν ὑπερβάλλοντα ἡμᾶς—καίτοι σοφώτερόν τε εἶναι εἰκὸς, ὅστις ἑαυτὸν ἀπεικάζει τῷ σοφωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ ὑπάρχειν, ὃς ἂν ὅτι μάλιστα ἐξομοιωθῇ τῷ μακαρίῳ. ubi si pro μακαριωτάτῳ scripseris μακαριώτατον, locum ex obscuro clarum et perspicuum reddes. Plura de hoc dicto Menag. ad Diog. Laërt. 6, 105, et Spanhem. ad Julian. Caesar. p. 113.

Ibid. 13. ὥσπερ πόρνους] Videor mihi in his verbis interpolatoris manum deprehendisse.

Cap. 7, 5. ἀπατεῶνα δ' ἐκάλει] Hic quoque interpolatores gras-

satos esse, libri scripti ostendunt. Exc. Voss.: Ἀπατεῶνα δ' ἐκάλει μικρὸν μὲν, τὸν εἴ τις ἀργύριον. MS. Leidensis vulgatam quidem exhibet, sed τὸν post ἐκάλει omittit, quod etiam abest ab edit. Basil. Vix dubito, quin Xenophon scripserit: Ἀπατεῶνα δ' ἐκάλει οὐ μικρὸν μὲν, εἴ τις ἀργύριον etc. οὐ μικρὸς est μέγας, et opponitur πολὺ μεγίστῳ.

Lib. II.

Cap. 1, 17. ἄλλο γε ἢ ἀφροσύνη πρόσεστι] Xenophontis consuetudo postulat: Οὐ πολλή γε ἀφροσύνη πρόσεστι; 2, 1, 8: Τοῦτο πῶς οὐ πολλὴ ἀφροσύνη ἐστί; Ibid. 2, 3, 18: Οὐκ ἂν πολλὴ ἀμαθία εἴη; Plato Theaet. p. 138 F: Πῶς οὐ πολλὴ ἀλογία; Sic etiam legebat Gisbertus Koenius, cujus immatura morte Graecae literae fecerunt damni plurimum.

Ibid. 20. Ἐπίχαρμος] Non Epicharmo, sed Platoni, Comico, ut opinor, hunc versum tribuit Scholiast. Hermogenis p. 377, cujus locum, quod liber in perpaucorum manibus est, hic totum ponam: Πλάτων τε γὰρ φησί· Τῶν γὰρ πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν οἱ θεοὶ τὰ ἀγαθά· καὶ Σοφοκλῆς· Πόνος γὰρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ· καὶ ὁ ἐν Μιλήτῳ θεός· οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον. καὶ πάλιν· Πάντα πόνος τεύχει δὲ βροτοῖς, μελέτη τε βροτείη. Senarium sub Sophoclis nomine laudatum ex Euripidis Licymnio affert Stob. Tit. 29, p. 198. Sed mirum est, priorem hexametrum, qui inter Milesii Phocylidis sententias v. 151, repetitur, Milesii Apollinis dici; si modo locus expers est corruptelae. Posteriorem Archilocho tribuit, et sic scriptum exhibet Joannes Siceliota Comment. MS. in Hermogenem: Πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς, μελέτη τ' ἀρίστη. Legendum: Πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς, μελέτη τε βροτείη. Dicerem, hanc sententiam, non Epicharmi, ut Lambinus putat, expressisse Horatium I. Serm. 9, 60: "Nil sine magno Vita labore dedit mortalibus," nisi tam vulgaris esset, ut cuivis non stultissimo in mentem venire posset. Epicharmi autem versum, quem Xenophon attulit, sine poëtae nomine laudat Eustratius in Aristotel. Nicom. 3, p. 43, addens alium simillimum: Ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγάθ' αὔξεται βροτοῖς. quem ipsum, poëtae nomine suppresso, laudat Lucian. Rhet. praec. p. 8: Τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον ἀληθεύειν ᾤμην, λέγοντα ἐκ τῶν πόνων φύεσθαι τὰ ἀγαθά. Sed ex Euripidis Erechtheo ductus est, teste Stobaeo Tit. 29, p. 199. Epicharmeum dictum ita vertit Priscianus Praeex. Rhet. p. 1333: "Laboribus vendunt Dii nobis omnia bona." Nescio, an illud in animo habuerit Dionys. Halic. t. 2, p. 317: Οὐδὲν τῶν μεγάλων μικρῶν ἐστι πόνων ὤνιον. Mox Xenophon idem suis ver-

bis sic effert: Τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις, quod forte expressit Philo Jud. t. 1, p. 168: Παντὸς ἀγαθοῦ καὶ ἀρετῆς πάσης ὁ θεὸς ἀνέδειξε ἀνθρώποις πόνον, οὗ χωρὶς τῶν καλῶν παρὰ τῷ θνητῷ γένει συνιστάμενον οὐδὲν εὑρήσεις. Sed valeat hic etiam, quod modo de Horatio diximus.

Ibid. 22. ὄμματα ἔχειν ἀναπεπταμένα] Zeno, modestam virginem describens, apud Clem. Alexand. Paedag. 3, p. 296: Ἔστω ὀφρῦς μὴ καθειμένη, μηδὲ ὄμμα ἀναπεπταμένον, μηδὲ ἀνακεκλασμένον. cujus loci elegantiam non cepit Potterus. Quae sequuntur, ἐσθῆτα δὲ, ἐξ ἧς etc. furtim descripsit sutor centonum satis lepidus, Aristaenetus 1, 25, ut indicio Dorvillii Vann. Crit. p. 302, cognovimus: Τὸ δὲ ταραντινίδιον, ἐξ οὗ διαφανῶς ἡ ὥρα διέλαμπεν. θαμὰ δὲ καὶ τὴν πτέρναν αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρεφομένη διεσκοπεῖτο. πολλάκις δ' ἅμα τε ἑαυτὴν ἐθεώρει, καὶ εἴτις αὐτὴν ἄλλος θεᾶται. ubi e contextu expellendum est δ' ἅμα, quod librarius temere repetiit ex praecedenti θαμά.

Ibid. 30. οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς] Huc pertinet locus Varronis Hercule Socratico apud Non. Marcell. p. 539, 542: "In omnibus rebus bonis cotidianis: cubo in Sardinianis tapetibus: chlamydas et purpurea amicula." Quae et mutila sunt et mendosa. Quod excidit, conjectura, qui poterit et volet, assequatur: mendae hoc modo corrigendae: "In omnibus rebus bonis, quotidiano cubo in Sardianis tapetibus: chlamydas et purpurea amicula." Scaliger ad Varron. Fragm. p. 112, scribit "quotidianus cubo." Male. Nam Voluptatem, non Herculem, loqui, clarum est. De adverbio "quotidiano" vide quae notavimus ad Rutil. Lup. 1, p. 11. "Sardiana tapetia," quae Sardibus purpura tingebantur. Nam a Σάρδις est Σαρδιανὸς et Σαρδιανικός. Vid. Steph. Byz. ex eoque corrige Etym. M. p. 708, 29. Apud Polluc. 7, 77, editur: Καὶ Σαρδωνικὸς δὲ χιτών τις ἐκαλεῖτο, sed e codicum scriptura Σαρδανικὸς faciendum Σαρδιανικός. "Tincturam Sardianicam" ex Aristoph. Acharn. 112, et aliunde illustrarunt Interpretes ad Hesych. v. Βάμμα Σαρδιανικόν. Nostram in Varrone emendationem egregie confirmat Heraclides Cumaeus apud Athen. 12, p. 514 C: Διῄει διὰ τῆς τούτων αὐλῆς πεζὸς ὑποτιθεμένων ψιλοταπίδων Σαρδιανῶν.

Ibid. 31. διὰ νεότητος τρεφόμεναι] Non dubito, quin Xenophon scripserit φερόμενοι· idque verbum περῶντες confirmat. Λιπαροὶ et αὐχμηροὶ qui dicantur, exponit Pollux, hunc locum laudans, 2, 34.

Cap. 2, 3. εἰλικρινὴς ἀδικία] Attice et exquisite pro *mera in-*

justitia. Sic etiam καθαρὸς et λαμπρὸς dicuntur. Aristophan. Avib. 1548: Τίμων καθαρός. quod Hemsterhusius bene vertit Plautina locutione: "Timon purus putus." Grammaticus MS. Bibl. Sang.: Καθαρὸς δοῦλος, οἱονεὶ ἀπηκριβωμένος. Ἀντιφάνης Ἀγροίκῳ. Alciphron 3, 21: Παρμένων, ζημία καθαρά. ubi vide Berglerum. Idem 3, 38: Ἦν δὲ οὗτος μάλα λαμπρὰ ζημία. Sic ibi scribendum.

Ibid. 8. ἐπὶ τῷ βίῳ παντί] Id est, *ea conditione, ut vitam salvam habeat.* Nota vis praepositionis ἐπὶ cum dativo. Aristoph. Avib. 153: Ὀπούντιος οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου. Dio Chrys. Or. 33, p. 407 D: Γυναικὶ μὲν δὴ τοιαύτῃ ξυνοικεῖν οὐδεὶς ἂν ἐθελήσειεν, οὐδὲ ἐπὶ πεντακοσίοις ταλάντοις. Vide Wesseling. ad Diodor. Sicul. 2, p. 138. Est autem figura proverbii, qualis Cyrop. 3, p. 69 B: Κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην, ὥστε μήποτε λατρεῦσαι ταύτην.

Ibid. 14. τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ] Zonaras Lex. MS.: Παραιτοῦμαί σε, καὶ παρῃτήσατο αὐτὸν, καὶ παρῃτήσατο τὸ πρᾶγμα, οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλ' οἷον ὅτι, παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, καὶ παραιτοῦμαί σε μὴ χαλεπαίνειν. Ξενοφῶν, τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι. Eadem leguntur in Lexico MS. Regio, ubi bene additur: Λέγουσι δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παρίεμαι. de quo verbo quaedam notavimus ad Timaei Lex. Plat. p. 149.

Cap. 4, 1. ὡς πάντων κτημάτων κράτιστον] Hunc locum expressit Cicero de Amicit. 15: "Quid stultius, quam—cetera parare, quae parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa: amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitae, ut ita dicam, supellectilem?" item Dio Chrys. tum alibi, tum Or. 6, p. 97 D: Τοῦ δὲ καλλίστου καὶ λυσιτελεστάτου κτήματος ἁπάντων ἐστὶν ἀπορώτατος εὐνοίας καὶ φιλίας.

Ibid. 4. τὸ πλῆθος εἰδότας] Haec quoque imitatus est Cicero de Amicit. 17: "Saepe querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent; ut capras et oves quot quisque haberet, dicere posset: amicos quot haberet, non posset dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse."

Ibid. 7. ἃ δὲ αἵ τε χεῖρες] Haec imitando sua fecit Dio Chrys. Or. 3, p. 53 D: Εἰ δὲ ὀφθαλμοὶ καὶ γλῶτται καὶ χεῖρες ἀνθρώπων τοῦ παντὸς ἄξια, etc. ubi ante καὶ γλῶτται librariorum negligentia elapsum est καὶ ὦτα. Res clara cum e Xenophonte, tum multo magis ex iis, qua econsequuntur apud Dionem: καὶ διὰ μὲν ὤτων οὐκ ἄν τις ἀκοῦσαι—καὶ τῇ μὲν γλώττῃ etc. [Ibidem scripsi γλῶττα. L. D.]

Cap. 5, 5. πωλῇ καὶ ἀποδῶται τοῦ εὑρόντος] Viri docti εὑρόντος capiunt pro εὑρεθέντος, durissima enallage, ut bene judicat Dor-

villius ad Charit. p. 113. Tamen multo durior est ratio Abreschiana Diluc. Thucyd. Auct. p. 326. Omnino corrigendum τοῦ τυχόντος, quod etiam Fr. Porto in mentem venisse video. Dio Chrys. Or. 32, p. 385 A: Ἀλλ' ἐστὶν ὁ ἀγὼν ἀνδραπόδων ὑπὲρ τοῦ τυχόντος ἀργυρίου. Pollux 5, 162: Οὐδὲ τοῦ τυχόντος ἄξιος, οὐδὲ τοῦ προστυχόντος. Suidas: Ἄξιος τριχός. ἐπὶ τοῦ εὐτελοῦς καὶ τυχόντος. Sed ut tandem tricandi finis sit, sciant, qui vitiatam lectionem defendunt, τοῦ τυχόντος clare et perspicue legi in Codice, quem contulit Is. Vossius. Nec aliam scripturam in MS. suo reperit Bessarion, quamvis male vertat: *vendit eum cuicunque obvio.* Πωλεῖν et ἀποδίδοσθαι etiam conjunguntur in Sympos. p. 164: Ὁ ἐν ἀγορᾷ πωλῶν καὶ ἀποδιδόμενος.

Cap. 6, 5. εὔορκος δὲ καὶ εὐξύμβολος] Minus bene, meo sensu, junguntur εὔορκος et εὐξύμβολος. Verissima emendatio est: εὔοργος δὲ καὶ εὐξ. Εὔοργος et εὐόργητος dicitur, *in quo est summa morum lenitas, qui in meliorem partem accipit omnia.* Hesychius: Εὐόργοις, τοῖς μὴ ὀργιζομένοις ἐφ' οἷς δεῖ, ἀλλὰ πάντα εὖ φέρουσιν. Hinc εὐοργησία pro *lenitate morum* apud Euripid. Hippol. 1039: Ὃς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ ψυχὴν κρατήσειν. ubi hanc notionem docte et copiose declaravit Cl. Valckenarius. Εὐόργῳ opponitur δυσπρόσοδος καὶ τῇ ὀργῇ χαλεπῇ (*difficillimis moribus*) χρώμενος ἐς πάντας. qualem Pausaniam describit Thucydid. 1, 130, ubi vide Dukerum.

Ibid. 21. δυσμενὴς μὲν—ἔρως, μισητὸς δὲ ὁ φθόνος] Elegantius Exc. Voss. et MS. Leid.: Δυσμενὲς μὲν—ἔρως, μισητὸν δὲ ὁ φθόνος. quod item H. Stephanus e libris suis revocavit. Herodot. 3, p. 213: Σοφὸν δὲ ἡ προμηθίη. ubi vide Wesselingium. Pro μισητὸν sensus postulat μισητικὸν, ut pulchre vidit Salgasius meus. Nisi forte hoc verbale inter illa referre malis, quae et agendi et patiendi vim habent. Sic ὑβριστὸς pro ὑβριστικὸς Cyrop. 5, p. 147 C, et ἄμεμπτος pro μὴ μεμφόμενος ibid. 8, p. 224 C, ut μεμπτὸς pro μεμφομένη apud Sophocl. Trachin. 450, et apud alios alia, de quibus Hemsterhusius ad Lucian. Halcyon. p. 179. Sed quoniam notatum est a grammaticis, agendi significationem frequentem esse in verbalibus cum α priv. compositis, rarissimam in aliis, non dubitem μισητικὸν vulgato μισητὸν praeferre.

Ibid. 27. τῶν ὡραίων ἀφροδισίοις ἡδόμενοι] Magna scripturae varietas in hoc loco. Ed. Aldina ἑλόμενοι, MS. Leid. et Ed. Basil. ἡλωμένοι, quod participium Graecis inauditum puto. Exc. Voss. ἑλκόμενοι, quod etiam Bessarion in libro suo reperisse videtur, vertens, *quamvis voluptate ducantur.* Xenophontis simplicitati

maxime convenit, quod dedit H. Stephanus, ἡδόμενοι. Sic in Hieron. p. 196: Καὶ ἀφροδισίοις πάντα ὁμοίως ἥδεσθαι ἔοικε τὰ ζῶα.

Ibid. 39. ἀλλὰ συντομωτάτη] Vertit Cicero de Offic. 2, 12, simul tamen respiciens ad alterum locum 1, 7: Ὡς οὐκ εἴη καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίαν, etc. "Praeclare Socrates, hanc viam ad gloriam proximam, et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset." Vid. P. Victorium Var. Lect. 5, 11, quem hic locus fugiebat.

Cap. 8, 1. πόθεν φαίνῃ] Attica loquendi formula. Plato Protagor. init.: Πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνῃ; quod Cicero apud Priscian. 6, p. 706, vertit: "Quid tu, unde tandem appares, o Socrate?" Platonis imitatione Theophrastum suum sic incipit Aeneas Gazaeus: Ποῖ δὴ καὶ πόθεν, Ἀξίθεε; Forte et Horatius Sermonem quartum Lib. 2: "Unde, et quo Catius?"

Cap. 9, 3. καὶ ἔφη, ῥᾷστον εἶναι] Simili fere forma dicitur Anabas. 3, p. 292 C: Τὰ δὲ τῶν φίλων μόνος ᾤετο εἰδέναι ὅτι ῥᾷστον ἀφύλακτα λαμβάνειν. Sed MS. ab Is. Vossio collatus sic habet: Καὶ εὐφυέστερος ὢν ἀπὸ τῶν συκοφαντῶν λαμβάνειν. Qua lectione nihil elegantius et verius, modo ὢν, quod alienum est, deleatur. Cyrop. 1, p. 34 B: Γενόμενοι οὖν τινες οὕτω εὐφυεῖς καὶ πρὸς τὸ εὖ ἐξαπατᾷν καὶ πρὸς τὸ εὖ πλεονεκτεῖν, ἴσως δὲ καὶ πρὸς τὸ φιλοκερδεῖν οὐκ ἀφυεῖς ὄντες. Qui locus codicis scripturam egregie confirmat.

Cap. 10, 3. καὶ μὴ μόνον τὸ] Legendum: Καὶ μὴ μόνον τοῦτο. abjectis verbis, κελευόμενον ἱκανὸν ὄντα ποιεῖν, quorum ingrata est repetitio. Sic etiam Bessarion in libro suo reperisse videtur.

Lib. III.

Cap. 1, 1. ἀκούσας—ἥκειν] Lexicon MS. Bibl. Sangerm.: Ἀκούσας ἥκειν, οὐχ ἥκοντα, Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν ἔφη, καὶ Μένανδρος, καὶ ἄλλοι. Altera tamen cum participio constructio exquisitior est et Attica magis.

Cap. 5, 6. ἢ πολέμους δείσωσιν] Bene Brodaeus et Ernestus V. C. corrigunt πολεμίους· quod Exc. Vossiana confirmant. Polyb. 6, 42, loco simillimo: Ὅταν μὲν ἢ διὰ πολεμίων φόβον, ἢ διὰ περίστασιν χειμῶνος, ὁρμὴ παραστῇ τοῖς ἐμβάταις, συμφρονεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τῷ κυβερνήτῃ, γίνεται τὸ δέον, etc. Xenophontem more suo imitatur Dio Chrys. Or. 31, p. 360 B.

Ibid. 17. πολλὴ μὲν ἀπειρία] Ex antecedentibus verbis, ἐπηρεάζουσιν ἀλλήλοις, venit mihi in mentem legere: πολλὴ μὲν ἐπήρεια καὶ κακία. Eaedem voces permutantur in Artemidoro 4, 72, p. 243:

Διοκλῆς ὁ Γραμματικὸς φοβούμενος ἐξ ἀπειρίας ἀργύριον ἀπολέσαι. ubi vir doctus Animadv. p. 711, reponere tentabat ἐξ ἐμπορίας, *per mercaturam*; sed legendum: ἐξ ἐπηρείας, *per calumniam et vexationem*. Alio modo idem verbum corruptum est in Libanio Ep. 802: Χρημάτων δὲ πολλῶν αὐτῷ οἰχομένων ἐν τοῖς κακοῖς ἐκείνοις, ἃ αὐτῷ παρὰ τῆς Προφητίου γέγονεν ἐπιεικείας. ubi Wolfius reponit αἰκίας, Dorvillius φιλονεικείας. Neuter bene. Libanius scripsit ἐπηρείας.

Cap. 6, 12. αὐτόθεν] Grammaticus MS. Bibl. Sangerm.: Αὐτόθι. Ξενοφῶν ἐν μὲν Ἀπομνημονευμάτων γ'. Ἡρόδοτος ἐν ἱστοριῶν γ', ἀντὶ τοῦ αὐτός. Scribe: ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ. Herodoti locus est p. 225: Τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων. ubi Cod. Arch. αὐτόθι, ut Grammaticus MS. Sed αὐτόθεν utrique loco accommodatius judicamus.

Cap. 7, 4. κατὰ μόνας] Grammaticus MS. Bibl. Sangerm.: Καταμόνας, ἀντὶ τοῦ ἰδίᾳ. Θουκυδίδης α'. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων γ'.

Cap. 9, 6. τὴν ἀνεπιστημοσύνην] Grammaticus MS. Bibl. Sang.: Ἀδημοσύνη. Ξενοφῶν Ἀπομνημονεύμασιν. Ἀδημοσύνη, vox Ionica, qua Lexica carent, est apud Democritum Stobaei Tit. 6, p. 84, pro *angore, animi moerore*. Aliam formam ἀδημονία conservarunt Hesych. et Suid. in v. Vide Foesium Oecon. Hipp. v. Ἀδήμονες. Suspicabar aliquando, hoc vocabulum, cujus nullum vestigium in Memorabilibus reperitur, a Grammatico lectum esse 4, 217, ubi nunc vulgatur: Ἄν τις, ἐν ἀθυμίᾳ ὄντος φίλου, δείσας, etc. Verum Grammaticus, ut opinor, non scripsit ἀδημοσύνη, sed ἀδαημοσύνη, eamque vocem ex hoc ipso loco petiit, ubi nunc textum occupat ἀνεπιστημοσύνη, quae est interpretatio vocabuli rarioris. Ἀδαημονίη est Homeri Od. Ω, 243. δαημοσύνη Orphei Argon. 726. Apollon. Rhod. 2, 175. 4, 1273, cui eandem vocem 2, 1264, bene reddidit Arnaldus Lect. Gr. p. 240. Quod si quis vocem poetis usitatam in Xenophonte non ferendam putet, scito, hunc scriptorem, in summa simplicitate, plura vocabula poetica, quam quemquam Atticorum, qui prosa oratione scripserunt, frequentasse: quod verissimum est judicium magni Hemsterhusii ad Thom. M. p. 26. Et quid caussae est, quare Xenophonte minus dignum putetur ἀδαημοσύνη, quam δαημονέστατος Cyrop. 1, p. 6 C, aut ἀδαὴς p. 37 A. In Anabas. 1, p. 266 D, vulgo editur: Ἔνθα Κῦρος εὐμαθέστατος—ἐδόκει εἶναι. ubi MSSti, quos viri docti adhibuerunt, pro εὐμαθέστατος bene legunt αἰδημονέστατος. Nec aliter MS. cujus excerpta penes me sunt. Sed qui primus εὐμαθέστατος in textum

intulit, non *αἰδημονέστατος*, sed *δαημονέστατος* in suo codice invenit, cujus explicatio est *εὐμαθέστατος*. Haec satis probabiliter disputata videntur pro voce *ἀδαημοσύνην*. Verum tamen una, ne quid dissimulem, superest ratio vulgatae scripturae defendendae. Potuit Grammaticus *ἀδημοσύνην* vel *ἀδαημοσύνην* ducere e deperdito Memorabilium loco. Periisse autem haud pauca, non solum apparet e Codd. MSStis, quorum alius alio plenior est, sed etiam e Grammaticis antiquis, qui nonnulla e Memorabilibus laudant, quae in libris nostris frustra quaeruntur. Moeris Atticista, ut hoc utar, p. 151, inde affert *ἐθελέχθρως*, p. 164, *ἐπιτηδείους* pro *cognatis*, quorum neutrum Piersoni sagacitas invenit. Quid? Cicero quoque integriore exemplo usus videtur, de N. D. 1, 12: "Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem fere peccat: facit enim in iis, quae a Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam Dei quaeri non oportere: eumdemque et Solem et animum Deum dicere: et modo unum, tum autem plures Deos." Locus de forma Dei non quaerenda extat 4, 3. Sed ubi Socrates in his libris Solem, ubi animum Deum dixit, ubi denique unum aut plures esse Deos?

Cap. 11, 1. *Θεοδότῃ*] Hunc locum laudat Athenaeus 5, p. 220 F, cujus verba per festinationem pro Xenophonteis accepit N. Heinsius ad Ovid. Trist. 2, 418. Theodote postea cum Alcibiade consuevit, eumque mortuum, muliebri sua veste contectum, cremavit. Vide Athenaeum 13, p 574 F. Eam inter nobilissimas Graeciae meretrices commemorat Libanius t. 1, p. 582.

Ibid. 6. *τὰ πρὸς τὸν βίον*] Huc respexit Grammaticus MS. Bibl. Sang.: *Βίος, ἐπὶ ἀλόγων ζώων. Ξενοφῶν Ἀπομνημονεύμασιν.*

Ibid. 8. *ὅτι μὲν γὰρ τῆς νυκτὸς νέμονται*] Cum hoc loco comparandus alius, et re et verbis conveniens, Cyrop. 1, p. 36 A. Utroque loco *ὀσμὴ* legitur, non *ὀδμή*, qua tamen forma Xenophon usus est, teste Phrynicho de Diction. Attic. p. 30.

Ibid. 14. *διαφεύγουσα, ἕως ἂν ὡς μάλιστα δεηθῶσι*] Hoc praeceptum tenebat meretrix apud Terentium Heaut. 2, 3, 125:

"— quendam misere offendi militem
Ejus noctem orantem: haec arte tractabat virum,
Ut illius animum cupidum inopia incenderet."

Alciphron 2, 1, p. 202: *Τὰς ὁπωσοῦν ἄλλως ταχὺ μαραινομένας μεσολαβούσας χάριτας, ἵνα μᾶλλον ἐξάπτωνται τοῖς διαστήμασι.* Sic ille locus legendus. Ordo verborum est: *Μεσολαβούσας τὰς χάριτας μαραινομένας ταχὺ ὁπωσοῦν ἄλλως.*

Ibid. 17. *φιλωτέρα σου ἔνδον ᾖ*] Venuste, ut nihil supra. Est

enim propria meretricum amatores excludentium formula, ἔνδον ἕτερος. Lucian. Dial. Meretr. 12, p. 310: Μήτ' ἀπέκλεισα ἐλθόντα, ἔνδον ἕτερος, εἰποῦσα. 8, p. 300: Ἐπειδὴ δὲ ἐλθόντα ποτὲ ἀπέκλεισα· Καλλιάδης γὰρ ἔνδον ἦν.

Cap. 12, 2. ἐὰν οὕτω τύχωσι, τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν] Haec verba desunt in Codice Bessarionis, et Ed. Basil. Teneam τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν, sed facile abesse patiar ἐὰν οὕτω τύχωσι, quae e praecedentibus temere repetita videntur.

Lib. IV.

Cap. 2, 2. διὰ ξυνουσίαν τινὸς τῶν σοφῶν] Allusit ad notissimum senarium sive Euripidis, sive Sophoclis:

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Ibid. 5. ἐν ὑμῖν ἀποκινδυνεύων] Eleganter et apposite ad hunc locum Plinius H. N. 29, 1: "Discunt periculis nostris, et experimenta per mortes agunt: medicoque tantum hominem occidisse impunitas summa est." Ἀποκινδυνεύειν τοῦτο vel ἐν τούτῳ est *periculum facere*. Lysias p. 96: Ἀλλ' ἀπεκινδύνευον τοῦτο.

Ibid. 8. ss. γράμματα] Phrynichus Παρασκ. Σοφ. MS.: Γραφεὺς καὶ ὁ ζωγράφος, καὶ Γράμμα, τὸ ζωγράφημα, καὶ ἐπιστολῶν Γράμματα, καὶ τὰ ψηφίσματα, ὡς Δημοσθένης, καὶ τὰ συγγράμματα τῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν, ὡς Ξενοφῶν. Vide de Venat. p. 998 A, et Valckenar. Anim. ad Ammon. p. 55.

Cap. 3, 8. καὶ τοῦτο φιλανθρωπίᾳ] Post haec verba Codex Excerptorum e Xenophontis Memorabilibus, quem apud virum amplissimum, Ger. Meermannum, evolvimus, egregium supplementum praebet: Τὸ δὲ καὶ ἀέρα ἡμῖν ἀφθόνως οὕτω πανταχοῦ διαχῦσαι, οὐ μόνον πρόμαχον καὶ σύντροφον ζωῆς, ἀλλὰ καὶ πελάγη περᾷν δι' αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλος ἀλλαχόθι καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ στελλόμενος πορίζεσθαι, πῶς οὐχ ὑπὲρ λόγον ἀνέκφραστον; Scilicet hic quoque accidit, quod infinitis aliis locis, ut, librarii oculis ab altero τὸ δὲ ad alterum aberrantibus, quae in medio erant, omitterentur. Notandum autem, σύντροφον hic dici pro simplici τροφὸν, ut paullo ante, συντρέφειν δὲ καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς, pro simplici τρέφειν. Aelianus, qui plura ex hoc Xenophontis loco expressit, apud Suid. v. Ἀρίσταρχος Τεγ.: Καὶ ἀέρος σπᾷν, καὶ ἔχειν τροφὴν ζωῆς τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα. *Auras vitales* dicunt Poetae Latini, ut Virgil. Aen. 1, 387. Mox Valckenarius noster emendat: Καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλον ἄλλοσέ πῃ στελλόμενον ἐν ἀλλοδαπῇ πορίζεσθαι. Denique ultima vox ἀνέκφραστον non est Xenophontis, sed Grammatici, explicantis formulam ὑπὲρ λόγον.

Ibid. 9. ὅτι οὐκ ἂν ὑπενέγκοιμεν] Eadem aliis verbis dicit Cyrop. 6, p. 161 C, quem locum comparent Atticae venustatis studiosi. Hinc multa duxit Dio Chrys. Or. 3, p. 49, 50.

Ibid. 13. ἀτριβῆ τε, καὶ ὑγιᾶ, καὶ ἀγήρατον] Similis locus in divina illa Cyri morientis oratione, 8, p. 237 C: Οἳ καὶ τὴν τῶν ὅλων τήνδε τάξιν συνέχουσιν ἀτριβῆ καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον. unde corrigendus Pollux 2, 14: Ξενοφῶν δὲ, τὴν ἀγήρατον δόξαν. Scribe τάξιν.

Cap. 4, 5. δικαίους ποιήσασθαι] Δίκαιος dicitur vel de re, vel de persona, in qua nec abundat aliquid, nec deficit, quae muneri suo par est, numeris suis absoluta. Herodot. 2, 149: Αἱ δ' ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαί εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον. Quo respicit Grammat. MS. Bibl. Sang.: Δίκαιον μέτρον, τὸ ἴσον. Ἡρόδοτος β'. Aeschines adv. Ctesiph. p. 441: Τίς οὖν ἀποδέδεικται λόγος δικαίῳ συνηγόρῳ. ubi vocis vim praeclare illustravit Jo. Taylorus. Latini eodem sensu *justum* dicunt, ut Fabricius Bibl. Gr. vol. 2, p. 71. male reprehendat interpretem Luciani de Hist. conscr. p. 52, δίκαιος συγγραφεὺς, *justus scriptor*, vertentem. Huic notioni affinis est altera, qua δίκαιον dicitur, quod omnibus partibus aequabilitatem servat, frequens illa in Hippocrate, et copiose explicata a Foësio in Oecon. sed minime intellecta ab interpretibus in Xenophonte nostro Cyrop. 2, p. 50 B: Οὔτε γὰρ ἅρμα δήπου ταχὺ γένοιτ' ἂν βραδέων ἵππων ἐνόντων, οὔτε δίκαιον, ἀδίκων συνεζευγμένων. ubi δίκαιον ἅρμα est *currus aequabilitatem in eundo servans*, ἄδικοι ἵπποι, *equi inaequales vel robore, vel velocitate*. Sic a Polluce 1, 196: Δίκαιος τὴν γνάθον dicitur equus, *qui maxillam aequabiliter mollem habet*: contra a Xenophonte de re equestr. p. 936, et a Polluce l. c. 197, ἄδικος τὴν γνάθον, *cui pars maxillae mollis est, pars dura*. Δίκαιον autem ἅρμα quam temere vexarit Leunclavius, apparet ex Lexico MS. Bibl. Sangerm.: Ἀδικομάχους ἵππους Ξενοφῶν τοὺς δυσπειθεῖς λέγει, καὶ Δίκαιον ἅρμα, τὸ εὐπειθές. ubi corrigendum videtur: Ἀδικογνάθους ἵππους, quos Xenophon eodem loco etiam ἑτερογνάθους appellat. Haec scripseram, cum Cl. Beioto Hist. Academ. Inscript. t. 34, p. 17, eandem Xenophontei loci interpretandi rationem placuisse viderem. Sed ut redeam illuc, unde deflexi, saepe miratus sum, tamdiu tamque patienter pro Xenophonteis legi potuisse verba putida et praeter rem inculcata, φασὶ δέ τινες καὶ ἵππον καὶ βοῦν τῷ βουλομένῳ δικαίους ποιήσασθαι, πάντα μεστὰ εἶναι τῶν διδαξόντων. quae sciolus formasse videtur ex Platone Apolog. Socrat. p. 359 G: Εἰ μέν σου τὼ υἱέε πώλω ἢ

μόσχω ἐγενέσθην, εἴχομεν ἂν αὐτοῖν ἐπιστάτην λαβεῖν, καὶ μισθώσασθαι, ὃς ἔμελλεν αὐτὼ καλὼ κἀγαθὼ ποιήσειν τὴν προσήκουσαν ἀρετήν.

Ibid. 6. *ἔτι γὰρ σὺ—ἐκεῖνα τὰ αὐτὰ λέγεις*] Dio Chrys. Or. 3, p. 40 C, haec memoriter sic laudat: *Πάλιν σὺ ταῦτα, Σώκρατες*; ubi scribendum: *Πάλιν σὺ ταυτὰ ταῦτα.*

Cap. 8, 8. *εἰ δὲ βιώσομαι πλείω χρόνον*] Perspicua imitationis vestigia sunt in Auctore Socrat. Epist. p. 33. ubi scribendum, *γῆρας ἐπικεῖσθαι,* et in Dione Chrys. Or. 28, p. 291 C.

L. C. VALCKENARII

ADNOTATIONES

IN

XENOPHONTIS

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ.

'Απομνημονευμάτων] Libros vocat A. Gellius N. A. 14, c. 3: "Quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit Xenophon." Ciceroni de N. D. 1, c. 12, citatur "Xenophon in iis, quae a Socrate dicta retulit." Graecis ἀπομνημονεύματα, rarius dicuntur ὑπομνημονεύματα· ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα Diogeni Laërt. 3, 34, ἀποφθέγματα Σωκράτους in Scholiis MS. in Aristid. Secundum Theonem in Progymn. c. 5: 'Απομνημόνευμα πρᾶξίς ἐστιν ἢ λόγος βιωφελής. Ipse Xenophon in Epistolis Socrat. 18: Πεποίημαι δέ τινα ἀπομνημονεύματα Σωκράτους: hos commentarios missurum se scribit examinandos amicis; Ep. 22. vereri se, an persona Socratis satis sint digni: sed illud inprimis notabile, quod scribit in Epist. 15, p. 38, 10: Δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς συγγράφειν, ἅ ποτε εἶπεν ἀνὴρ καὶ ἔπραξεν· καὶ αὕτη ἀπολογία γένοιτ' ἂν αὐτοῦ βελτίστη εἰς τὸ νῦν τε καὶ εἰς τὸ ἔπειτα. Haec ἀπομνημονεύματα praebent Xenophonteam Socratis Apologiam: respondet enim in his Xenophon ad singula accusationis capita: praeterea in Arte Rhetor. inter Opera Dionys. Halic. 2, p. 103, 34, Socratis ἐγκώμιον scripsisse dicitur Plato ἐν ἀπολογίας σχήματι· Xenophon autem ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν· ὡς γὰρ ἀπολογούμενος ὑπὲρ Σωκράτους ἐγκώμιον Σωκράτους περαίνει. Quae vulgata prostat ut Xenophontis Σωκράτους ἀπολογία, est illa hoc ingenio capitali, si quid judico, prorsus indigna, ab eodem conflata, cui finem Cyropaediae debemus et alia quaedam, quae vulgo leguntur ut Xenophontea—. Ceterum ex his eximiis libellis dictorum factorumque Socratis popularis Socratis est philosophia petenda, non ex Dialogis Platonis, Socrati multa tribuentis, de quibus ne cogitavit quidem, ex Pythagoreorum hausta commentariis.

LIB. I.

1, 18. *τοὺς ἀμφὶ Θρασύλον καὶ Ἐρασινίδην*] Xenophon de re sua aetate omnibus nota tantum scripsisse videtur: *Ἐπιθυμήσαντος τοῦ δήμου παρὰ τοὺς νόμους ἐννέα στρατηγοὺς μιᾷ ψήφῳ ἀποκτεῖναι πάντας·* recentior ad haec adjecisse, *τοὺς ἀμφὶ Θρασύλον καὶ Ἐρασινίδην*: quae mihi minus etiam commode verbis videntur Xenophonteis interjecta; scripta tamen ab historiae veteris perito. Nomina quidem X ducum alio ordine recensentur Xenophonti Ἑλλ. 1, p. 259, 19, quem sequitur Diod. Sic. 13, c. 74, sed a Philochoro junctim videntur memorati Thrasyllus (*Θράσυλλος* an *Θρασύλος* scribatur, perinde est:) et Erasinides: ubi enim Aristoph. Ran. 1227: *Ἐστρατήγησέν γε μετ' Ἐρασινίδου·* in Scholiis dicuntur morte damnati *οὗτός τε καὶ—Θράσυλλος, Περικλῆς, Ἀριστοκράτης, Διομέδων, ὥς φησι Φιλόχορος*. Lysias Orat. 21, p. 376, memorat *τοὺς μετὰ Θρασύλλου δέκα*, et paulo post *Ἐρασινίδην*. Pausan. 6, p. 470: *Ἀθηναίοις ἐς Θράσυλλον καὶ τοὺς ἐν Ἀργινούσαις ὁμοῦ τῷ Θρασύλλῳ στρατηγήσαντας προπετείας ἔστιν ἔγκλημα.* Diodoro Sic. 13, 101, hi duo quoque fuerant memorati *Θράσυλλος καὶ Ἐρασινίδης·* non *Καλλιάδης·* quod et Wesseling. suspicabatur. Decepit is locus Nath. Forsterum notis in Platonis Apol. Socr. p. 349, alterius tum loci Diodori immemorem. Alibi raro hi duo nominantur; et, ubi infortunii circa Arginusas et calamitatis ducum fit mentio, fere tantum *οἱ δέκα στρατηγοὶ* memorantur.—Quod Socratem ait Xenophon populum super ea re noluisse in suffragia mittere, *οὐκ ἠθέλησεν ἐπιψηφίσαι*, (conf. T. II. in Lucian. 1, p. 158) idem aliis verbis expressit Ἑλλ. 1, p. 263, 41, et Ἀπομν. 4, 4, 2. Diogeni Laërtio dicitur 2, 24: *Μόνος ἀποψηφίσασθαι τῶν δέκα στρατηγῶν*, "solus absolvisse decem duces." quae pervertit interpres Latinus: ceteris enim Prytanibus *solus ego ἐναντία ἐψηφισάμην*, inquit in Platonis Apologia Socrates.

2, 20. *ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι*] Legit ista Plato *ἐν τοῖς ἐλεγείοις* Theognidis, excitans in Menone t. 2, p. 95, et videntur, quae nobis supersunt, Theognidea ex variis Elegiis conflata. —His iisdem versibus usi sunt Xenophon in Symp. p. 511, 4, (partim Aristoteles Eth. Nicom. 10, 12.) Musonius Stobaei p. 371, 50. Clem. Alexandr. Strom. 5, p. 677, 32; conf. Th. Gataker. A. M. 1, 5, p. 174 E. In his quae reperitur apud plerosque lectio, *διδάξεαι*, vulgatae videtur *μαθήσεαι* praeferenda: *συμμιχθῇς* legatur an *συμμιγέῃς*, perparum interest.

2, 30. *ὅτι ὑϊκὸν δοκοίη πάσχειν ὁ Κριτίας*] Syllabam a vicina litera

hic absorptam puto, scribendumque *ὅτι οἱ ὑϊκὸν δοκοίη π.* id est *αὐτῷ·* quod in his adest apud Suidam in v. *Ὑεικόν·* et in Photii Lex. MS. *ὅτι ὑεικὸν* (sic legitur et ap. Thom. M. in *Ὕειον·* sed praestat alterum :) *Αὐτῷ δοκοίη πάσχειν ὁ Κριτίας Εὐθυδήμῳ προσκνήσασθαι ἐπιθυμῶν.* Verbum Xenophontis adhibuit, in nomine lapsus, Maximus Tyr. 26, 8 : *Κριτόβουλος Εὐθυδήμῳ προσκνήσασθαι ἐρᾷ.* Protulit ibi Xenophontea D. Heinsius p. 57, cujus notae locum invenire debuerant in Edit. Londin. Dionis Chrysost. Or. 6, p. 90 B. Diogenes pisces dicebat : *Ὅταν δέωνται τὸ σπέρμα ἀποβαλεῖν, ἐλθόντας ἔξω προσκνᾶσθαι πρὸς τὸ τραχύ.*

2, 52. *τοὺς εἰδότας τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι δυναμένους*] De Pericle paulo ante loquuto hic in mentem venisse suspicor Xenophonti in Thucydidis historia sibi lecta (2, 60) ubi de se Pericles : *Οὐδενὸς,* ait, *οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα·* multos illa habuerunt imitatores, non certe antiquiorem Xenophonte, cui hoc egregium praebet testimonium Diogenes Laërt. 2, 57 : *Ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα, ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν.* Hac etiam in parte Platoni praestitit Xenophon. vid. Diogenes Laërt. 9, 40.

3, 5. *τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον αὐτῷ εἶναι*] In hanc sententiam et in his commentariis multa leguntur, et ubi regem nobis effinxit in K. Π. Socraticum : ex. gr. 4, p. 62, 1 : *Κῦρος ἔλεγεν, ὄψον μὲν τὸν λιμὸν* etc. Socrates *ὄψον τροφῆς τὸ πεινῆν ἔλεγεν,* secundum Porphyrium π. 'A. 3, p. 136. Cicero de Fin. 2, c. 28 : "Socratem—audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim." In hujus Tuscul. 5, c. 32 : "Scythes Anacharsis, Mihi, ait, cubile terra ; pulpamentum, fames." Horum loco satis absurde legitur in Epist. Anacharsidis Graeca p. 349 : *Ἐμοὶ—κοίτη δὲ πᾶσα γῆ.* Antequam sic depravarentur, olim ita scripta videntur : *Ἐμοὶ—κοίτη, γῆ· ὄψον, λιμός.* Horum aemulus Diogenes Sinopensis *λιμῷ μὲν ἐχρῆτο καὶ δίψῃ πρὸ τῆς τροφῆς ἑκάστοτε· καὶ ἐνόμιζε τοῦτο—δριμύτατον τῶν ὄψων,* ut scribit illius admirator Dion Chrys. Or. 6, p. 89 B. Varronis e libello de liberis educ. quae servavit Nonius Marc. p. 88, 12 : "Vel maxime illic didici, et sitienti videri aquam mulsam (mulsum 'hic malim,') esurienti panem cibarium siligineum," etc. desumta sunt ex Xenophontis in K. Π. p. 4, 10 : *Ἡδὺ μάζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν—ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν.*

6, 2. *μείνειε*] Sententia mihi potius requirere videtur, *ὑπομείνειε, tolerare posset ;* quod et in his libris frequenter recurrit.—

Sequente versu pro, *ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς*, usitato potius more scripsisse videtur, *ἀχίτων ὢν διατελεῖς.*

7, 2. *ἔργον γε οὐδαμοῦ ληπτέον*] Scripsisse Xenophontem arbitror: Ἀλλὰ *μὴν ἔργον γε οὐδαμοῦ ληπτέον, sed vero rem ille nullam debet aggredi, ἢ εὐθὺς ἐλεγχθήσεται γελοῖος ὤν·* nisi ridiculus velit ostentator deprehendi.—Eamdem sententiam tractavit in K. Π. p. 19, 20, nisi talis sis, qualis videri vis: *Ὅπου ἂν πεῖραν δοίης, ἐξεληλεγμένος τ' ἂν εἴης, καὶ προσέτι ἀλαζὼν φαίνοιο.*—Paulo post v. 37, in istis: Τὸ *πλούσιον καὶ τὸ ἀνδρεῖον καὶ τὸ ἰσχυρὸν, μὴ ὄντα, δοκεῖν·* qua vi poneretur *δοκεῖν*, non intellexit Stephanus, in talibus dictis significans *προσποιεῖσθαι simulare.* De hoc usu dixi in Eurip. Hippol. 462.

LIB. II.

1, 4. *γαστρὶ δελεαζόμενα*] Has voces ab alio potius adjectas suspicor quam a Xenoph. cui satis erat dixisse: Τῇ *ἐπιθυμίᾳ τοῦ φαγεῖν ἀγόμενα πρὸς τὸ δέλεαρ·* formula quinimo *τὰ μὲν,—τὰ δὲ,* mihi quoque monstrat, voces istas ex margine receptas in contextum.

1, 9. *πολλὰ πράγματα ἔχειν αὐτοῖς*] Non dubitanter, unica litera mutata, corrigerem *αὐτούς· τοὺς βουλομένους πολλὰ πράγματα ἔχειν αὐτούς τε καὶ ἄλλοις παρέχειν·* neque enim Graece dicitur *πράγματα ἔχειν ἑαυτῷ.* Pauca ponam Xenophontis: Ἑλλην. 4, p. 310, 26: Ἐντεῦθεν *ὁρμώμενοι πράγματα εἶχόν τε καὶ παρεῖχον τοῖς ἐν τῷ ἄστει.* 7, p. 369, 37: Αὐτοὶ *μὲν πολλὰ πράγματα εἶχον.* Nusquam aliter phrasin, *πράγματα ἔχειν*, adhibet Xen. K. Π. p. 5, 32. p. 9, 1. p. 129, 33. K. Ἀ. p. 211, 16. Οἰκον. p. 495, 12, atque ita semper solent elegantiores. Quin ipse sic locutus est Epicurus: Τὸ *μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει.* Qui toties ista diversis modis recte semper interpretatur, de N. D. 1, c. 17, 20, 30, de Off. 3, 28, de Divin. 2, 17. Ciceronem non facile mihi persuadebo scripsisse, quae leguntur de Legg. 1, 7: "Nihil curare Deum nec sui nec alieni," neque etiam vicina.

1, 20. Ἐπίχαρμος] Epicharmi trochaico,

Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί.

(prout recte scriptus legitur apud Stobaeum p. 198, 48,) subjecta mihi nec Socratem decere neque Xenophontem videbantur ad Herod. p. 157. Leguntur illa tamen in Stobaeo Gesneri p. 28, 52. Alter Epicharmi trochaicus,

Ὦ πόνηρε, μὴ τὰ μαλακὰ μώεο· μὴ τὰ σκλῆρ' ἔχῃς·

partim legitur in libello Cornuti de N. D. p. 157, ubi *μώεο* recte vulgatur, olim *μόεο* scriptum: *μῶται* tribuit Epicharmo Helladius.

1, 22. *τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι*] *καθαριότητι* hic arbitror requiri, ubi *munditiès* significatur. Ut *ἐλεύθερος* et *ἐλευθέριος*, distinguuntur *καθαρὸς* et *καθάριος*. Ornatum modestae mulieris Melissa voluit esse *καθάριον καὶ ἀφελῆ* nutricem, Myia, *τὰν ἐπιτηδειοτάταν καὶ καθάριον*. vid. Athenaei Menander 14, p. 661, F. Duris 12, p. 542 C. ubi conviviorum memoratur *καθαριότης*. *munditia* Plauto Menaechm. 2, 3, 4. eidem Cas. 3, 6, 19, *coenare nitide*, est *καθαρίως δειπνεῖν, μὴ πολυτελῶς*. conf. Athen. 2, p. 65 D, 7, p. 311, 8, p. 359 B. (ubi diversis Comicis eadem tribuuntur,) Pomponii versum apud Nonium in v. Ampliter, et Horat. 3, Carm. 29, 54.—Fabulam Prodici Xenophonteam praeter Ciceronem plures veterum enarrarunt, scriptores etiam ecclesiastici. [Basil. M. vol. 2, p. 177 D.]

1, 24. *δὴ ἔσῃ*] Ad sententiam ceterasque proximum respondere mihi videtur *διαιτήσῃ*, id est *διαβιώσῃ*, vel *διάξεις*. Hoc sensu verbum veteres etiam adhibuerunt: Herod. p. 175, 98: Aegyptii non potuerunt *ἄνευ βασιλείας διαιτᾶσθαι*. Thucyd. p. 7, 25. Lysias p. 507, 10: *Ἐνιαυτὸν ἐν Πειραιεῖ διῃτῶντο*.—Paulo post v. 14, vocem *σπάνεως*, si abesset, non desiderarem, satis enim erat dixisse, *ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία, ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα*.

1, 27. *μετ' ἀληθείας*] Hic quoque scripsisse suo more Nostrum opinor, *τὰ ὄντα διηγήσομαι· τῶν γὰρ ὄντως* (pro *ὄντων*) *ἀγαθῶν*. Sic *veri nominis bona* dicuntur Socraticis; quibus *τῷ ὄντι* significat *vere*.

2, 1. *Λαμπροκλέα*] Filiorum Socratis natu maximi, cum pater moreretur, adolescentuli, nomen in Epistola Aristippi inter Socraticas 27, p. 57, feliciter restituerunt Leo Allatius, quique hujus errores corrigit T. H. in Addendis ad notata in Lucian. p. 189 B, Praef. p. 33. De tribus Socratis filiis ex duabus uxoribus susceptis vid. Leo All. not. in Epist. Socr. 21, p. 214. Lamprocli mater erat Xanthippe.

Ibid. *τούς τί ποιοῦντας*] Usus requirere videtur, *οἵους*, vel *οὕς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν*.

2, 14. *παραιτήσῃ*] Haec verba Xenophontis in Zonarae Lex. prostant MS. in v. *Παραιτοῦμαι*.—*τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι*.

3, 9. *τὸν δὲ ἀδελφὸν φῄς*] Syllabam hic elisam mihi quidem nexus orationis demonstrat, sic facile restituendam: *τὸν δὲ ἀδελφὸν, ὃν φῄς μὲν* etc. *οὐκ ἐπιχειρεῖς μηχανᾶσθαι, ὅπως σοι ὡς βέλτιστος ᾖ*.

3, 16. *καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι*] Siccine vero senes secundum Socratem etiam *in culcita plumea* erant collocandi? In proximis

καὶ λόγων ὑπεῖξαι, probasse Viros doctos suspicor ex Not. in Herodot. p. 140, 84, sed vereor, ut illis alteram, quam ibi posui, suspicionem potuerim adprobare: mihi tamen, fateor, etiam nunc indigna Socrate videntur, quae adscripsi verba. In fabula Prodici voluptatem decebant ista p. 430, 13: *Πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις.* Virtutem, quae in illam dicit v. 44: *Ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις.* "Dormire super amphitapa bene molli," Varronis est e Satyra apud Nonium in v. Amphitapae. Eleganter, *καθίζου μαλακῶς,* posuit Aristoph. Equit. 782. Inter cetera luxus instrumenta *μαλακῆς εὐνῆς* meminit Diodor. Sic. t. 2, p. 514, 4, *τάπητες—μαλακώτεροι ὕπνῳ,* congruunt scenae Theocriti Eid. 15, 125. Molles herbas, quibus aevo Saturni incubabant, *μαλακὰς εὐνὰς* laudare poterat in Politico Plato, t. 2, p. 272 A. Sed *κοίτην μαλακὴν* nusquam, opinor, scripsisset Xenophon, nedum hoc loco, ubi ejus mentio mihi quidem, si verum fateri licet, videtur alienissima.

4, 4. *ἐθεάσαντο*] Apud poëtas obvium, in his libris insolens est illud *ἔθεσαν.* Recte mihi H. Stephanus scripsisse videtur: *Οὓς ἐν τοῖς φίλοις ἔθεντο, πάλιν τούτους ἀνατίθεσθαι.* Vim verbi *ἀνατίθεσθαι,* qua hic ponitur, et supra p. 418, 27, tradiderunt et Th. Gataker. A. M. P. c. 29, p. 741, et T. H. ad Hesych. in *Ἀναθέσθαι.*

5, 5. *ἀποδῶται*] Apud veteres *ἀποδίδοσθαι,* non *ἀποδιδόναι,* significat *πωλεῖν,* 'vendere.' In Heroicis Philostrati p. 661, 2, ex Codd. recipi potuerat *ἀποδώσῃ. ὅσον ἂν ἀποδῶται* scripserat Theophrastus Stobaei p. 282, 2. conf. R. Dawes Miscell. Crit. p. 240.

6, 7. *καλῶς χρῆσθαι*] Litera scribi malim interserta, *καλῶς χρήσεσθαι.*

Ibid. 11. *ὧν ἐστιν ἀρχὴ τοιάδε τις*] Ista mihi videtur, et Homeri versum, adscripsisse literator aliquis, non Xenophon.

Ibid. 36. *προμνηστρίδας*] *προμνηστρίας* potius cum Platone, Aristophane, ceterisque, scripsisse Nostrum suspicor ad Euripid. Hippol. 589.

7, 6. *Κίριβος*] Certe nomen non fuit Graecum; sed *Κόροιβος* et *Κυρηβίων.* Mox scribendum, *Δημέας ὁ Κολυττεὺς,* quamvis *Κολλυτεὺς* in marmoribus antiquis interdum inveniatur. Menon familiam alebat *ἀπὸ χλανιδοποιΐας*—si paulo ante voces sunt Xenophonteae, *καὶ χιτωνίσκοι καὶ χλαμύδες καὶ ἐξωμίδες.* Cum virorum fuerint *χιτωνίσκοι,* mirum cur non potius scripserit, *καὶ χλανίδες καὶ χλαμύδες κ. ἐξ.*

Ibid. 9. *ἐὰν δὲ προστάτης ᾖς*] Patrono vix indigae puellae cives

patronum habebant Aristarchum; voluit Socrates, ut illas opificiis, quibus essent aptae, singulas admoveret Aristarchus, atque ipse illis adesset inspector. Scripserat, ni fallor, Xenophon: *Ἐὰν δ' ἐπιστάτης ᾖς, ὅπως ἐνεργοὶ ὦσιν.* Hoc erat in ea re proprium vocabulum: *τοὺς ἐπιστάτας τῶν δημοσίων ἔργων* Lex Attica memorat apud Aeschin. c. Ctesiph. p. 55, 42. *ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης* est in Platon. Protag. p. 302 D. *πραγμάτων ἐπιστάτας* dixit Archippus Com. ap. Harpocrat. in *παλιναίρετος*. *ἐπιστάτην εἰς τἀργυρεῖα πρίασθαι*, Xenophon *Ἀπομν.* 2, p. 435, 37. in Oecon. p. 508, 6: *Ἐν τοῖς ἰδίοις ἔργοις ἄν τε ἐπίτροπος ᾖ ὁ ἐφεστηκώς, ἄν τε καὶ ἐπιστάτης.*

10, 3. *εὔνουν καὶ παράμονον*] Hoc vereor ut Graecis fuerit in usu: *παραμόνιμον* hic usitato more scripsisse videtur Xenophon, ut scripsit alibi.

Lib. III.

3, 3. *οὐκ ἐμὸν οἶμαι τὸ ἔργον εἶναι*] Hac in formula minus placet articulus, et legendum puto, *ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἔφη, οὐκ ἐμὸν οἶμαί γε ἔργον εἶναι.*

Ibid. 9. *καὶ γὰρ ἐν νόσῳ* etc.] Eadem, verbis tamen diversis usus, tradiderat in K. Π. 1, p. 19. 7, leguntur que talia in his Socraticis longe plurima, eorum similia, quae prostant in K. Π. nec tamen iisdem verbis narrata. Et crederemus, Xenophontem sua ipsius, quae dederat in Hist. Graeca, centena continua in Agesilai encomio transscripsisse? aut Apologiam scripsisse Socratis, in qua nihil alicujus inveniatur momenti, quod non legatur in his commentariis?

Ibid. 13. *οὔτε εὐφωνίᾳ*] Ad civitatis *εὐανδρίαν*, hic Socrati laudatam, nihil facit *εὐφωνία*, hinc, nisi egregie fallor, alienissima. Scioli legimus, opinor, correctionem: fac scriptum una litera minus *εὐφυΐᾳ*. Vix dubito, quin dederit Xenophon: *Οὔτε εὐφυΐᾳ τοσοῦτον διαφέρουσιν Ἀθηναῖοι τῶν ἄλλων, οὔτε σωμάτων μεγέθει καὶ ῥώμῃ, ὅσον φιλοτιμίᾳ.* Dicuntur quidem *εὐφυεῖς τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς* Platoni de Rep. 3, p. 410 A, aliisque; eximie tamen sic vocantur *ingeniosi*, *εὐφυεῖς καὶ—ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐπιπτόμενοι*, Platoni de Rep. 2, p. 365 A. Hac virtute gentes omnes superare Graeci vere dicuntur Philoni Byblio ap. Euseb. Praep. 2, p. 39 D: *Ἕλληνες, εὐφυΐᾳ πάντας ὑπερβαλλόμενοι.* Ceteris etiam Graecis *εὐφυΐᾳ* praestabant Athenienses: quos scribit Isocrates in Panegyr. p. 47 B: *Ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένους— πρὸς τὰς τέχνας εὐφυεστάτους ὄντας.* in Areopag. p. 155 A: *Ἐπίσταμαι— τὴν ἡμετέραν χώραν ἄνδρας καὶ τρέφειν καὶ φέρειν δυναμένην, οὐ μό-*

νον πρὸς τὰς τέχνας εὐφυεστάτους, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρίαν καὶ πρὸς ἀρετὴν διαφέροντας. Ultima Socraticis similia, vel sola, correctionem doctis hominibus commendassent.

4, 5. ἐξευρίσκηται] Scribendum: Ἐξευρίσκῃ τε καὶ προαιρῆται. In talibus activa verbi forma semper usurpatur, nec convenit media.

5, 7. ἀνερεθισθῆναι τῆς] Nisi scribatur τῇ ἀρχαίᾳ ἀρετῇ etc. Leunclavio, mihi quoque, hic requiri videtur praepositio, ὑπὸ τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς· in K. Ἀ. 6, p. 228, 21, Cleandrus dicitur ὑπὸ τοῦ Δεξίππου ἀνερεθιζόμενος. Graece quidem dicitur, Θηβαίων ἡσσᾶσθαι· κρεισσόνων νικᾶσθαι· καίεσθαι τινός. nec tamen in quibusvis Ellipsis ista locum invenit.

Ibid. 26. τί δέ γε; ἐκεῖνο] Suo more hic quoque scripserat Xenophon: Τί δέ; καὶ ἐκεῖνο ἀκήκοας, ὅτι etc.

6, 3. ἀποκρύψῃ] Hic omnino marginis est lectio probanda, μὴ τοίνυν ἀποκρύψῃς. Dicitur quidem ἐρῶ καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι· sed non item, μὴ ἀποκρύψῃ.

Ibid. 11. ὥστε καὶ ἅπτεσθαι] Mea quidem sententia defendi nequit: totidem paene literis scribendum puto, ὥστε κλέπτεσθαι τὰ ἐκ τῆς χώρας. Stephano placuit ἁρπάζεσθαι· alterum propius accedit literas vulgatas: infra 4, p. 462, 41: Ἐὰν δὲ κλέπτῃ τε καὶ ἁρπάζῃ τὰ τούτων (τῶν πολεμίων). Saepius ista duo junguntur, ut *rapere* et *clepere* Varroni et Ciceroni. Congruit hoc Platonis, alio tamen sensu positum, de Rep. 1, t. 2, p. 334 A: Στρατοπέδου φύλαξ ἀγαθὸς, ὅσπερ καὶ τὰ τῶν πολεμίων κλέψαι etc. De custodibus loquitur et Socrates.

8, 1. μή πῃ ὁ λόγος ἐπαλλαχθῇ] Prorsus in talibus insolens cum videatur ἐπαλλαχθῇ, et nusquam inveniatur, contra *vellicare aliquem verbis* saepe dicatur Atticis, etiam Platoni, σπαράττειν τινὰ λόγῳ, suspicor hic legendum, μή πῃ ὁ λόγος σπαραχθῇ.

9, 5. ἄλλο ἄν τι τούτων οὐδὲν προελέσθαι] Sollicite caverunt editores, ut literae legerentur distractae, ἄν τι, quae fuerant in unam voculam ex more scribendi Xenophonteo jungendae, ἄλλο ἀντὶ τούτων οὐδὲν προελέσθαι. Non tantum cum ἑλέσθαι et αἱρεῖσθαι, sed jungit et praepositionem ἀντὶ cum προαιρεῖσθαι et προελέσθαι. Ἀπομν. 2, p. 440, 39: Θάνατον ἀντ' αὐτοῦ προαιρετέον. 4, p. 471, 22: Ἀντὶ τῶν ὠφελούντων τὰ βλάπτοντα προαιρεῖσθαι. et p. 476, 21. Lucianus Timon. p. 121: Χρῆν σε ἀντὶ τῆς πενίας προαιρεῖσθαι.

10, 8. τῶν δὲ νενικηκότων εὐφραινομένων] A vicinis literis facile absorptam voculam restituendam omnino censeo, ut legatur, τῶν δὲ νενικηκότων ἐξ εὐφραινομένων ὄψις μιμητέα. p. 454, 32: Ἐκ πολ-

λῶν, inquit, *συναγαγόντες τὰ ἐξ ἑκάστου κάλλιστα, οὕτως ὅλα τὰ σώματα καλὰ ποιεῖτε φαίνεσθαι.*

11, 4. *ἐάν τις, ἔφη, φίλος*] Scribendum puto, *ὃ ἄν τις, ἔφη, φίλος —εὖ ποιεῖν ἐθέλῃ, οὗτός μοι βίος ἐστί.* Sic paulo post legitur, *ὅ, τι ἂν—ἐμπέσῃ, τούτῳ τροφῇ χρῶνται.* quae cum Aeliani verbis apte comparat I. Perizon. V. H. 1, c. 2.

12, 4. *καὶ διὰ ταῦτα τόν τε λ.*] Voces, *διὰ ταῦτα*, ex versu praecedente male repetitae videntur et delendae.

13, 1. *'Ακουμενὸς ἔφη*] Nihil interest, scribaturne *'Ακουμενὸς, ἔφη, —διδάσκει·* an, *'Ακουμενὸν ἔφη—διδάσκειν.* Sed in ista palaestra nobili medico Acumeno suus hic locus omnino relinquendus est. Phaedrus Platonis t. 3, p. 227 A, ad Socratem: *Τῷ σῷ*, ait, *καὶ ἐμῷ ἑταίρῳ πειθόμενος 'Ακουμενῷ κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους.* Pater fuit Eryximachi medici. Phaedro Socrates, p. 268 A: *Τῷ ἑταίρῳ σου 'Ερυξιμάχῳ, ἢ τῷ πατρὶ αὐτοῦ 'Ακουμενῷ.* Hunc Eryximachum *τὸν 'Ακουμενοῦ* memorat et in Sympos. Plato t. 3, p. 176 B, et in Protagora, t. 1, p. 315 C. *'Ακουμενοῦ* bis meminit Andocides de Myst. p. 3, v. 32, 34, *'Ακουμενὸν τὸν μαθόντα τὰ ἰατρικὰ*, in Epist. Socratica Xenophontis 14, p. 31, 19 feliciter Leo Allatius restituit p. 185, his nostris etiam usus ex Xenoph. Henrico tamen Stephano de Acumeno agenti jam dudum adhibitis Annot. in Platon. p. 64 A.

Ib. 6. *ὡς παρετάθη μακρὰν ὁδὸν πορευθεὶς*] Olim suspicabar *παρείθη* scribendum: Hesych. *Παρείθη, παρελύθη*, etc. ut fessus de via senex in Eurip. Phoen. *Κόπῳ*, inquit, *παρεῖμαι.* Nunc vulgatam lectionem servandam puto: vid. Casaubonus et D. Ruhnkenius in Timaei Lex. p. 140.

14, 7. *ἔλεγε δὲ καὶ ὡς τὸ εὐωχεῖσθαι*] Dixeratne forte Socrates: *'Ως τὸ ὀχεῖσθαι ἐν τῇ 'Αθηναίων γλώττῃ ἐσθίειν καλοῖτο· τὸ δὲ εὖ προσκεῖσθαι* etc. Sed ne Graeci quidem Etymologi, quantum memini, memorant hoc sensu verbum *ὀχεῖσθαι*, saepius *ὀχὴν*, *cibum.* Eustath. in Il. B, p. 212, 37: *'Αχαιοὶ τὴν τροφὴν ὀχὴν λέγουσιν ὀξυτόνως.* quae non debentur Athenaeo, qui l. 8, p. 363 B: *Τὰς Εὐωχίας*, ait, *ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἥ ἐστι τροφὴ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κατὰ ταῦτα εὖ ἔχειν.*

Lib. IV.

1, 1. *καὶ εἰ*] Voculas censuissem invertendas, nisi *καὶ εἰ* interdum poneretur pro *etsi:* quo modo Callim. h. in Delum v. 129: *Καὶ εἰ μέλλοιμι—ἔρρειν.* Longinus π. Ύ. s. 34, 4: *Τὰ θατέρου καλὰ, καὶ εἰ πολλὰ, ὅμως ἀμεγέθη.* Hujusmodi exempla perpauca reperientur in veterum scriptis.—Paulo post v. 3, scribendum puto: *Φανερὸν εἶ-*

ναι, ὅτι οὐδὲν ὠφελιμώτερον ἦν, pro διότι. Minime tamen ignoro, quam frequenter ab aliis διότι ponatur pro ὅτι.

2, 2. βουλόμενος κινεῖν τὸν Εὐθύδημον] Velut aculeo *pungere volens Euthydemum: piquer* Gallis. A Xenophonte sumsit, ut alia permulta, Dion Chrys. Or. 2, p. 19 C: Ὅμως δὲ κινεῖν αὐτὸν βουλόμενος. Vel hinc liquet, non sane mutandum cum Casaubono, quod legitur Or. 4, p. 71 C: Εἴπως δύναιτο κινηθεὶς ἀπὸ τοῦ τύφου καὶ τῆς δόξης μικρόν τι ἀνανεῦσαι.

2, 8. συνῆξας] Si lectio marginis Ed. Steph. est ex libris scriptis, συνῆχας praeferrem. Semel tamen in Aristophaneis legitur Ἀπῆξας, Ran. v. 471, apud Thucyd. προσῆξαν, p. 162, 28. Sed nihil horum invenietur, ut arbitror, in Xenophonteis. προήχασι dat Demosthenes p. 200, 33. Thom. M. Εἰσῆχε κάλλιον, ἢ εἰσαγήοχεν. ad quem p. 4, 6, apta dedit Cl. Witterus.

2, 11. καὶ οὐχ οἷόν τε γε] Has voculas sic non jungebant οἷόν τέ γε. Scriberem potius: Καὶ οὐχ οἷόν τε καὶ ἄνευ δικαιοσύνης ἀγαθὸν πολίτην γενέσθαι· "Et ne fieri quidem potest, ut quis absque justitia vel bonus sit civis."

2, 29. ὅσαι ἐὰν] More Xenophontis scribendum, ὅσαι ἂν—πολεμήσωσιν.

3, 12. τὰ συμφέροντα προνοεῖσθαι ὑπὲρ τῶν μελλόντων] Legendum utique, περὶ τῶν μελλόντων, *de rebus futuris.*— Paulo post 3, 13, ante ista, ὅτι δέ γε ἀληθῆ λέγω, mihi quidem nonnulla videntur excidisse.

3, 16. κατὰ δύναμιν ἱεροῖς θεοὺς ἀρέσκεσθαι] Sic versum interpretabatur Hesiodi, cujus erat laudator secundum l. 1, 2, 3: Καδδύναμιν ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν. Est illud ἀρέσκεσθαι, idem paene significans ac ἱλάσκεσθαι, hoc sensu rarissimum apud veteres; hinc tamen a Sophistis transsumtum: alia structura scripsit in Oecon. p. 484, 26, θεοῖς ἐξαρέσκεσθαι θύοντας· et p. 485, 32.

4, 5. φασὶ δέ τινες] Mihi quoque dudum fuerat visum, quod sibi videri scribebat ante hos annos aliquot Cl. Ruhnken. "Istam parenthesin turpe nugatoris esse emblema."—In v. praecedenti Interpretes minus attenderunt vim verbi διδάξασθαι in σκυτέα διδάξασθαι τινὰ, ἢ τέκτονα, ἢ χαλκέα. Significat in his: "Mittere ad artifices, a quibus in his artibus quis erudiatur; mittere docendum, vel commendare praeceptori" dicitur διδάξασθαι. Horatii pater (Serm. I. Ecl. 6, 76) "puerum est ausus Romam portare docendum artes," non artes filium ἐδίδαξε, *docuit*, sed ἐδιδάξατο. Socrates Xenophontis quae noverat discipulos ἐδίδασκεν· ὅτου δὲ αὐτὸς ἀπειρότερος εἴη, πρὸς τοὺς ἐπισταμένους ἦγεν αὐτούς. atque adeo haec

illos ἐδιδάξατο, *ab aliis doceri curabat.* Moris Attici studiosissimus Sophista, Aristides t. 1, p. 76, *filios*, inquit, *Aesculapius* Οὐκ ἐδιδάξατο τὴν τέχνην ἰατρικὴν, ἀλλ' ἐδίδαξεν αὐτός. Vel ex hoc loco totum hoc genus intelligi posset. Simili significatu nonnunquam adhibentur verba media Γράψασθαι· Κατασκευάσασθαι· Καταδικάσασθαι, et pauca alia.

Ibid. 6. ἔτι σὺ—ἐκεῖνα τὰ αὐτὰ λέγεις] Ubi hominis superbi dictum hinc enarrat Dion Chrys. Or. 3, p. 40 C, vulgatur: Πάλιν σὺ ταῦτα Σώκρατες; καὶ ὃς γελάσας· ἔφη, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν· duabus voculis interjectis scripserat Dion: Πάλιν σὺ ταὐτὰ ταῦτα (*eadem illa*, ut p. 229 A, ταὐτὰ δὲ ταῦτα εὑρήσετε·) Σώκρατες; καὶ ὃς γελάσας, ἀλλ', ἔφη, περὶ τῶν αὐτῶν. sic enim Socrates ap. Xenoph.: Οὐ μόνον ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγω, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν.

Ibid. 19. πρῶτον νομίζεται τοὺς θεοὺς σέβειν] Recte H. Steph. rejicit Stobaei lectionem, θεοὺς εὐσεβεῖν· neque enim sic loquebantur isti veteres: sed hic quoque scribi potuit: Πρῶτον νομίζεται τὸ, τοὺς θεοὺς εὖ σέβειν.

7, 5. τὸ δὲ μέχρι τούτου ἀστρονομίαν μανθάνειν, μέχρι τοῦ] Prorsus superfluae voces μέχρι τούτου nocent orationi, et debentur aberranti ad vicina librario. Scripserat, ni fallor, τὸ δὲ ἀστρονομίαν μανθάνειν μέχρι τοῦ—γνῶναι. sic scribit § 4 et alibi.—Ex hac autem parte dictorum Socratis praesertim, ex Epistola Xenophontis ad Aeschinem, servata Stobaeo p. 467, ex Ciceron. Tuscul. 5, c. A, ex notatis Davisio in Tusc. 3, c. A, in Academ. 1, c. A, et aliunde liquet, quam multa Socratem Plato fecerit dicentem, de quibus veracissimi Xenophontis Socrates se disseruisse negaret. Inprimis relegantur A. Gellio ex iis tradita, "Qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus exquisitissime scripsere, N. A. 14, c. 3, ubi, quod Xenophon, inquit,—negat Socratem de coeli atque naturae causis rationibusque umquam disputavisse, et ne disciplinas quidem ceteras,—quae ad bene beateque vivendum non pertinerent, aut attigisse aut comprobasse; idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui dissertationes istiusmodi Socrati attribuerent: hoc autem, inquiunt, Xenophon quum scripsit, Platonem videlicet notavit." Platonem saepe notasse Xenophontem dubio vacat, cujus semel duntaxat in scriptis meminit inter Socratis discipulos 3, 6.

INDEX NOMINUM.

INDEX GRAECUS SCHNEIDERI

CORRECTUS ET AUCTUS.

τοῦ Σωκράτους δαιμονίου. Thirlwall. in *The Philological Museum*, vol. 2, p. 581 seq. 1, 1, 2, 4. 4, 8, 1, 5. Res divina, seu physica s. naturalis 1, 1, 12. divinum, a deo profectum, quod fit vi divina 1, 1, 9. providentia divina 1, 4, 2, 10. 4, 3, 14, 15. *εἰ μή τι δ. εἴη*, impedimentum divinitus objectum 1, 3, 5.

δαιμόνιε, 1, 2, 58. est vox compellantis, et tam blandientis quidem quam irascentis.

δαμάζειν, domare 4, 1, 3; 3, 10.

δανείζω, mutuum do. *δανείζομαι*, mutuum sumo 2, 7, 2. *ἐπί τινι* 2, 8, 1.

δαπανᾶν, sumptus facere 1, 2, 61; 3, 11.

δαπάνη, sumtus, *τῆς πόλεως* 3, 6, 6.

δαπανηρὸς, sumtuosus 2, 6, 2.

δαψιλῶς ζῆν, laute vivere 2, 7, 6.

δὲ interrogantis 2, 1, 26; 9, 2. 3, 9, 13. 4, 2, 24.

δεῖν τινος, requirere aliquid 4, 2, 10. *δεῖ μοί τινος*, egeo re 2, 6, 29. *εἴ σοι δέοι διδάσκειν* 3, 3, 10. *ὀλίγου δεῖν*, prope 3, 10, 13. *τὰ δέοντα πράττειν φίλῳ*, officium praestare, prodesse amicis 2, 6, 1. *τῶν μὴ δεόντων ἀπέχεσθαι* 1, 2, 22. 3, 9, 14.

δέδοικα, metuo, *μὴ οὐκ ἔχω* 2, 3, 10.

δειδίσσομαι, 1, 2, 58. timeo.

δεικνύναι, 3, 5, 21. ostendere, docere. *δεικτέον προσῆκον αὐτοῖς* 3, 5, 8.

δεῖν, *δεδέσθαι*, de nexis 1, 2, 49, 50. *δήσαντα* 2, 6, 9.

δεινός τι, qui in aliqua re est multus aut excellit 1, 2, 46. *δεινότατον ἑαυτοῦ εἶναι*, se ipsum in re aliqua superare, ibid. *δεινὸν ἂν εἴη*, indignum, mirum id esset 4, 2, 14. *δεινὸς συνάγειν εἰς κηδείαν*, aptus ad affinitatem conciliandam 2, 6, 36. *δεινὸς*, timendus 1, 1, 14. vim animum commovendi et terrendi habens 4, 6, 10, 11. periculosus, 1, 3, 12, 13. *τὰ δεινὰ*, pericula 3, 9, 1.

δεινῶς ὥρμημαι, vehementer 2, 6, 28.

δειπνίζειν τινὰ, coena aliquem excipere, 1, 2, 61. in coena apponere aliquid alicui, cum accusat. rei 1, 3, 7.

δεῖπνον, coena. *κληθεὶς ἐπὶ δ. ἐλθεῖν* 1, 3, 6. *συνιέναι ἐπὶ δεῖπνον* 3, 14, 1.

δελεάζεσθαι, v. *γαστήρ*. *δέλεαρ*, esca 2, 1, 4.

δέλτα 4, 2, 13.

δενδροκοπεῖν, arbores caedere 2, 1, 13.

δέομαι, 4, 2, 11. expeto, exopto, ut scientiam alicujus artis, precor 4, 4. 1, 6, 10. 2, 1, 30; 8, 1. 3, 11, 13.

δεσμεύειν, in vincula conjicere 1, 2, 50.

δεσμοῖς ἀπείργουσι, vinculis, carcere 2, 1, 16.

δεσπόται οἴκων 2, 1, 23. dominus familiae, *οἰκοδεσπότης* brevius dictus.

δέχεσθαι, appetere 1, 2, 4. accipere, 1, 5, 3.

δὴ, scilicet 2, 1, 21. igitur 1, 2, 12, 31, 41. 2, 5, 2. 3, 8, 2. in repetitione 1, 2, 56, 58. *εἰ δὲ δὴ*, si vero, 1, 5, 1. 2, 6, 20. 3. 5, 11. *Τί δήποτε*, quid tandem 1, 1, 1. 3, 2, 2. *δήπου*, nimirum, vero, sane 1, 2, 41. 3, 3, 9, etc. *οὐ δῆτα*, nullo modo 2, 2, 9; 6, 1, 16. 4, 2, 15.

δῆγμα, morsus 1, 3, 12, 13.

Δήλια, τὰ, solemnia, quorum causa *θεωρίαν* Athenienses in insulam Delum mittebant, unde illi ipsi *θεωροὶ* etiam *Δηλιασταὶ* nominabantur 4, 8, 2.

δῆλος, c. partic. manifestum est eum etc. 1, 1, 2. 3, 3, 10 seq. *ὅτι* 4, 2, 21.

δηλοῦν, *ἐδήλωσε*, res declaravit 1, 2, 32.

δημηγορεῖν, concionari 3, 6, 1.

δημηγορία, concio, oratio in concione 4, 2, 3.

δημηγορικὸς, verba faciendi coram populo peritus 1, 2, 48. *δημηγόροι* 2, 6, 15. sunt oratores. syn. *ῥήτορες*.

δημιουργὸς, opifex 1, 4, 7.

δημοκρατία quid 4, 6, 12. *πόλεως δημοκρατουμένης* 4, 2, 36.

δημόσιος, publicus. *τῶν δημοσίων ἐπιμέλεσθαι*, curare res civitatis 2, 8, 4. *δίκη δημοσία* 2, 9, 5. *δημοσίᾳ*, publice, instituto et auctoritate civitatis 3, 12, 5. *δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν*, supplicio publice affectum mori 4, 8, 2.

δημότης, plebeius 1, 2, 58. *δημοτικὸς*, popularis, facilis 1, 2, 60.

δηοῦν, vastare 3, 5, 4.

διὰ χρόνου, longo ex intervallo temporis 2, 8, 1. 4, 4, 5. *δι' ἑαυτῶν*, ipsorum nutu et arbitrio 1, 2, 14. *αἱ διὰ τοῦ σώματος ἡδοναὶ*, corporis voluptates 1, 5, 6. 2, 6, 5. 4, 5, 3.

διαβάλλειν, criminari 1, 2, 31. invisum reddere 2, 6, 34.

διαβιώσει, semper et continuo vives 2, 1, 23.

διαγγέλλειν, 2, 6, 36. ultro citroque nunciare, internunciare. *εἰς πλείους* 3, 11, 3.

διάγειν, vivere 1, 3, 5. 3, 13, 2.

διαγίγνομαι. *διαγεγένηται ποιῶν*, semper fecit 4, 8, 4. *ἀνέγκλητος* 2, 8, 5.

διαγιγνώσκω, discerno 4, 2, 26. *διαγνώσεσθαι* 4, 1, 5.

retro dat, eundemque gestum repetit. Haec avis natura et mores mirabiles antiquitatem rudem in admirationem rei raptam eo adegit, ut virium aliquid extraordinariarum inesse illi et corpori ejus crederent, eamque adeo ad usum pelliciendorum hominum ad amorem adhiberent. Avem scilicet rotae quatuor radios habenti illigabant atque ita rotam variis cum incantationibus versabant. Hinc ipsa rota nomine aviculae appellata fuit. Hinc *ἕλκειν ἴϋγγα ἐπί τινα* (torquere, glomerare, agere. *Tortus rhombus* Ovid. Amor. 1, 8, 7, *retro solvere turbinem* Horat. Epod. 17, 7. Sturz.) atque omnino illiciorum genus omne ita vocabant. Locus antiquissimus de usu rotae hujus et avis in re amatoria est Pindari Pyth. 4, 380: *Ποικίλαν ἴυγγα τετράκναμον Ὀλυμπόθεν ἐν ἀλύτῳ ζεύξαισα κύκλῳ μαινάδ᾽ ὄρνιν Κυπρογένεια φέρεν πρῶτον ἀνθρώποισι*, ubi schol.: *Ἴυγξ ὄρνεον πεποικιλμένον τῇ τριχώσει, μακροτράχηλον, γλῶσσαν ἔχον ἐπὶ πολὺ ἐκτεταμένην, πυκνῶς περιστρεφόμενον καὶ περιδινοῦν τὸν τράχηλον. τοῦτο τὸ ὄρνεον δοκοῦσιν αἱ φαρμακίδες εὐθετεῖν αὐταῖς εἰς τὰς ἐρωτικὰς ἐπῳδάς· λαμβάνουσαι γὰρ αὐτὸ δεσμεύουσιν ἐκ τροχοῦ τινὸς, ὃν περιρομβοῦσιν ἅμα ἐπᾴσουσαι· οἱ δέ φασιν ὅτι τὰ ἔντερα αὐτοῦ ἐξελκύσασαι καθάπτουσι τῷ τροχῷ.* Aeschyli Pers. 993. Deinde Theocritus Idyll. 2, 17. apparatum istum copiosius enarrat, et rotam *ῥόμβον χάλκεον* dicit. Trocho etiam fila magica inducta versabant, ut ait Lucanus 6, 460: Traxerunt torti magica vertigine fili. Recentiores magi strophalum Hecaticum appellarunt seu sphaerica seu triangulari forma, de quo vide Tiedemann de magicarum artium origine p. 69. Omissis locis veterum scriptorum multis, ubi iynx metaphorice dicitur de amoris illiciis aut partis alicujus, velut oculorum, pulcritudine ad amorem invitante, unum Plutarchi locum excitabo de Sera Numinis Vindicta p. 109. ed. Wyttenb. ubi Thespesium, animo loca inferna peragrantem et reverti volentem, subito virga tangit, quo melius singula recordaretur: *Καί τι ῥαβδίον, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, διάπυρον προσάγειν—αὐτὸν δὲ ὥσπερ ὑπὸ σύριγγος ἐξαίφνης σπασθέντα πνεύματι νεανικῷ σφόδρα καὶ βιαίῳ τῷ σώματι προσπεσεῖν* etc. Ubi miror Wyttenbachium non vidisse legendum esse *ὑπ᾽ ἴϋγγος*, sed longe alia cogitasse. Nec potest vulgari lectioni succurrere locus ex Lexico MSto positus in Biblioth. Coisliniana p. 492. *ἴϋγξ σύριγξ μονοκάλαμος, καὶ ὄρνεον, ᾠδὴ καὶ πειθώ.* Id enim docere voluit auctor, ab avis voce fistulae etiam genus, una arundine compositum, dici iyngem. Vocem avis Aristoteles H. A. 2, 12. exprimit verbo *τρίζειν*; sed Aelianus 6, 19. vocem cum sono tibiae transversae comparat, atque hanc ipsam veteres ab ave iynga dixisse videntur. Nec magis in loco Plutarchi virgam candentem pictorum explicavit Wyttenbachius, qua scilicet pictores ceram picturis inductam inussisse atque ita picturas encaustas absolvisse videntur. Hic ex tota antiquitate unus est locus, qui artificii istius rationem aliquatenus non explicet, sed arguat tantum.

ἰχνεύω, investigo 3, 11, 9.

καθαρειότης, munditiæ 2, 1, 22.

καθηγεῖσθαι, initium vel priorem facere 2, 3, 15.

καθήκειν, pertinere, de loco 3, 5, 25.

καθίζειν εἰς, sedere apud 4, 2, 1. *καθίζειν κλάοντας* 2, 1, 12. lacrimare facere.

καθιστάναι, facere, constituere *δεσπότην ἑαυτοῦ* 1, 5, 6. *κυβερνᾶν κατασταθεὶς* 1, 7, 3. *ἡ βουλὴ καθίσταται* 3, 5, 20. *καθεστῶτες νόμοι*, leges receptae 1, 2, 9. *καθεστῶσα πολιτεία*, forma civitatis stabilita ibid.

καθορᾶν τι, intueri 4, 7, 7.

καθυπέρτερος τῶν ἀντιπάλων, superior, victor, 4, 6, 14.

καθυπνοῦν, dormire, quiescere 2, 1, 30.

καὶ, *καὶ πολλὰ*, 3, 8, 4. *καὶ τί*, 1, 3, 10, 11. 3, 9, 12. *καὶ—οὐ*, 4, 5, 9. *καὶ μάλα*, 4, 2, 15. *καὶ μὴν* 3, 4, 8; 12, 2. *καὶ μήν—γε*, 1, 6, 3, 8. 2, 3, 10. 3, 12, 3. 4. *καὶ ταῦτα* 1, 4, 8. 3, 7, 2. seq. gen. abs. 2, 3, 1. *καίτοι* 2, 4, 5. *καίτοι γε* 1, 2, 3. 4, 2, 7. *καίτοι—γε* 1, 6, 11. 2, 3, 15. 4, 7, 5.

καινὸς, novus. *καινὰ δαιμόνια* 1, 1, 1. *οὐδὲν καινότερον* 1, 1, 3. *οὐδὲν καινὸν* 2, 3, 10. *καινόν τι* 4, 4, 6.

[*καιρός. ἐν καιρῷ τῆς ἡλικίας* Apol. 7. commodo aetatis tempore.]

κακία, corruptio, pessundatio 3, 5, 17. causa vitiorum et malorum, opp.

BOOKS

PRINTED FOR THE UNIVERSITY OF OXFORD:

SOLD BY

JOHN HENRY PARKER, Oxford; and 377 Strand, London, W.C.:
and E. GARDNER, 7 Paternoster Row, London, E.C.;

At the following Prices (in Boards excepting where otherwise expressed).

	£	s.	d.
SOPHOCLIS Tragoediae Superstites et Perditarum Fragmenta, ex recensione et cum commentariis G. DINDORFII. Ed. 3. 2 vols. 1860. fcap. 8vo.	1	1	0
Each Play separately, limp cloth.	0	2	6
—— —— Textus ex rec. G. DINDORFII. *With large margin, writing paper.* 1860. Royal 16mo.	0	8	0
—— —— —— Square 16mo. 1860. *cloth lettered.*	0	3	6
Also the separate Plays (Text only), limp cloth.	0	0	6
—— Scholia in Sophoclem. Ed. P. ELMSLEY. 1825. 8vo.	0	4	6
—— Scholia. Vol. II. Ed. G. DINDORF. 1852.	0	4	6
ÆSCHYLUS DINDORFII. Ed. 2. 1851 8vo.	0	5	6
—— —— ANNOTATIONES, Partes II. 1841.	0	10	0
—— —— Scholia Græca. 1851. 8vo.	0	5	0
ARISTOPHANES DINDORFII. Tomi II. 1835. 8vo.	0	11	0
—— —— ANNOTATIONES, Partes II. 1837. 8vo.	0	11	0
—— —— Scholia Græca, Partes III. 1839. 8vo.	1	0	0
Caravellæ (J.), Epirotæ, Index Aristophanicus. 1822. 8vo.	0	3	0
EURIPIDES DINDORFII. Tomi II. 1834. 8vo.	0	10	0
—— —— ANNOTATIONES. Partes II. 1840. 8vo.	0	10	0
DINDORF. METRA Aeschyli Sophoclis Euripidis et Aristophanis descripta. Accedit CHRONOLOGIA SCENICA. 1842. 8vo.	0	4	6
ORATORES ATTICI, BEKKERI,			
Tomus I. Antiphon, Andocides et Lysias. 1822. 8vo.	0	7	0
II. Isocrates. 1822. 8vo.	0	7	0
III. Isæus, Æschines, Lycurgus, &c. 1823. 8vo.	0	7	0
Indices Græcitatis a T. MITCHELL, A.M. Tomi II.	0	14	0
Index Græcitatis Isocraticæ. 1828.	0	7	0
—— DEMOSTHENES DINDORFII. Tomi IV. 1846. 8vo.	2	2	0
—— —— Tomi V. VI. VII. ANNOTATIONES. 1849.	1	16	0
—— —— Tomi VIII. IX. Scholia. 1851.	0	15	0
—— Scholia in Æschinem et Isocratem. DINDORFII. 1852.	0	4	0
—— Harpocrationis Lexicon. DINDORFII. Tomi II.	1	1	0
APSINIS ET LONGINI RHETORICA. E Codicibus MSS., adhibita Supellectili Ruhnkeniana, recensuit JOH. BAKIUS. 1849. 8vo.	0	3	0

	£	s.	d.
ARISTOTELIS OPERA, BEKKERI. Tomi XI. 8vo.	2	10	0
Each volume to be had separately.	0	5	6
HOMERI ILIAS ex. rec. DINDORFII. 1856. 8vo.	0	5	6
HOMERI ODYSSEA DINDORFII. 1855. 8vo.	0	5	6
—— Scholia Græca, in Odysseam. 2 vols. 1855. 8vo.	0	15	6
PLATO.—Philebus, with a revised Text and English Notes, by EDWARD POSTE, M.A. Fellow of Oriel College. 1860. 8vo.	0	7	6
*——.—Theætetus, with a revised Text and English Notes, by the Rev. LEWIS CAMPBELL, M.A. 1861. 8vo.	0	9	0
——.—Index Græcitatis Platonicæ, T. MITCHELL, A.M. Tomi II. 1832. 8vo.	0	5	0
ANECDOTA GRÆCA OXONIENSIA. Edidit J.A. CRAMER, S.T.P. Tomi IV. 1834–1837. 8vo.	1	2	0
ANECDOTA GRÆCA e Codd. Manuscriptis Bibliothecæ Regiæ PARISIENSIS. ed. J.A. CRAMER, S.T.P. Tomi IV. 1839–41. 8vo.	1	2	0
PLOTINUS, edidit F. CREUZER. Tomi III. 1835. 4to.	1	8	0
XENOPHONTIS Expeditio Cyri, L. DINDORFII. 1855. 8vo.	0	10	6
—— Institutio Cyri, L. DINDORFII. 1857. 8vo.	0	10	6
—— Historia Græca, L. DINDORFII. Ed. 2. 1853. 8vo.	0	10	6
—— Memorabilia Socratis, ed. SCHNEIDER. 1826. 8vo.	0	8	0
*A GREEK-ENGLISH LEXICON, by H. G. LIDDELL, D.D. and R. SCOTT, D.D. Ed. 5. 1861. crown 4to.	1	11	6
*A LEXICON for Schools, abridged from *the above*. Ed. 9. 1861. sq. 12mo. *cloth.*	0	7	6
—————— *roan.*	0	8	0
A COPIOUS GREEK-ENGLISH VOCABULARY, (abridged from the above.) 1850. 24mo. *bound.*	0	3	0
*GRÆCÆ GRAMMATICÆ RUDIMENTA, IN USUM SCHOLARUM. *Thirteenth edition.* 1861. 12mo. *bound.*	0	4	0
SCHELLER. Lexicon Linguæ Latinæ; by J. E. RIDDLE, A.M. 1835. fol. *in sheets.*	0	12	0
ETYMOLOGICON MAGNUM. Recensuit T. GAISFORD, S.T.P. 1848. fol.	1	12	0
SUIDÆ LEXICON. Recensuit T. GAISFORD, S.T.P. Tomi III. 1834. fol. *in sheets.*	3	0	0
STOBÆI (J.) FLORILEGIUM. Ed. T. GAISFORD, S.T.P. Tomi IV. 1822. 8vo.	1	0	0
—— ECLOGÆ PHYSICÆ ET ETHICÆ. Rec. T. GAISFORD. Tomi II. 1850. 8vo.	0	11	0
HEPHÆSTIONIS Enchiridion iterum edidit T. GAISFORD. Tomi II. 1855. 8vo.	1	5	0
PARŒMIOGRAPHI Græci, quorum Pars nunc primum ex Codicibus Manuscriptis vulgatur. Edidit T. GAISFORD, S.T.P. 1836. 8vo.	0	5	6
SCRIPTORES Latini Rei Metricæ. Edidit T. GAISFORD, S.T.P. Gr. Ling. Prof. Reg. 1837. 8vo.	0	5	0